¶ Quarto fuit q̄situ͂ cui dꝫ confiteri patriarcha: breuiter dicendu͂ eſt q͂ ep͂i et ſupiores etia͂ non exe͂pti: et inferiores ep͂is exempti in occultis peccatis et etia͂ in grauibꝰ ⁊ publicis ⁊ leuibꝰ regulariter poſſunt ſibi eligere ꝓuidum ⁊ idoneu͂ confeſſore͂ etia͂ ſine ſuperioris licentia vt in p̄dicto. c. ne pro dilatione. licet aliqui illud capitulu͂ intelligant in exe͂ptis ⁊ remotis: dicentes q͂ illa dictio exe͂ptis determinat illud ep͂is ⁊ ſupioribꝰ ſꝫ iſtud no͂ eſt de mente illorum verboru͂ nec obſtat illud q͂ dicit͂ in p̄ncipio decretalis: ne ꝓ dilatione ⁊c. qꝛ illa cauſa fuit impulſiua no͂ finalis ſicut i. c. cu͂ infirmitas. §. j. de peni. ⁊ remiſſio. na͂ iſtud eſt ſpeciale priuilegiu͂ ep͂oꝝ ſicut illud de priuilegijs: q͂ no͂nullis. et de ſenten. exco͂. qꝛ periculoſum. lib. vj. na͂ cauſa finalis eſt periculu͂ animaru͂: q͂ pleru͂qꝫ immo frequenter cuilibet ep͂o imminet. na͂ vt euitentur multa p͂icula p͂mittitur ipſis ep͂is ⁊ ſupioribus q͂ ſibi poſſint eligere confeſſorem ⁊ ſic vnus alterum abſoluere p͂ôt vt de ſenten. exco͂i. c. duobus: ⁊ intelligas q͂ tale͂ debet ſibi eligere confeſſorem q͂ non ſit exco͂municatus et qui catholicus habeatur: ⁊ hoc ſeruato epiſcopis ⁊ ſuperioribus non exemptis et etiam inferioribus exemptis per ſpeciale p̄uilegiu͂ conceditur eligere confeſſorem. ſco͂m Hoſtienſem. Quarta queſtio. Attende an habe͂s poteſtate͂

¶ Sed nu͂quid p͂ôt ep͂s eligere diuerſos confeſſores ⁊ ſepiꝰ variare. ⁊ certe no͂ imo co͂ſulo q͂ hoc faciat qua͂do illius que͂ elegit no͂ p͂ôt habere copiam: ⁊ tunc p͂ôt alij in ſubſidiu͂ confiteri ſco͂m Hoſtien. Sed nunq͂d eo ipſo q͂ ep͂s co͂fitetur videt͂ illu͂ in ꝯfeſſorem ſibi eligere: ⁊ non videt͂: nam in iſtis plus eſt ſtandu͂ intentioni me͂tis q͂ꝫ verbis. argu. ff. de legibꝰ vel de q͂bus. ⁊ de maio. ⁊ obedi. c. legebat͂. Et breuiter i oi͂bus iſtis inte͂tio ꝯſidera͂da e͂. vt de p͂ſby. no͂ bapti. c. j. ⁊. c. ij. de bapti. c. debitu͂ ſco͂m Hoſtien. eligendi co͂feſſorez poſſit eligere diuerſos co͂feſſores.

¶ Sed nu͂quid archiep͂s debet ſcire quis eſt confeſſor ep͂i. Et dicendu͂ eſt: q͂ ipſe p͂ôt co͂pellere ep͂m vt co͂fiteatur confeſſori no͂ ſuſpecto: ſi ſuſpectu͂ habeat ꝯfeſſore͂: qꝛ ab ipſo archiep͂o de anima ep͂i ratio exiget͂. de officio ordina. c. paſtoralis. ⁊. c. irrefragabili. nec illud prohibet predicta decretalis ne pro dilatione Attende an archiep͂s tenet͂ ſcire q͂s e͂ ꝯfeſſor epiſcopi. ⁊



(c) 2007 Ministerio de Cultura

quia ibi intendit occurrere periculis animarum.

ſi pōt cōpellere ipſum vt cōfiteaꝛ: nō ſuſpecto cōfeſſoꝛi.

Quinta queſtio.

¶Quinto fuit q̄ſitum cui dꝫ cōfiteri archiep̄s: ꝛ quidā dicūt: ꝙ debet cōfiteri patriarche ſuo ſi ipſum hꝫ et ꝓpinquus ſit: alioquin debet confiteri pape ſi ipſum in ꝓ̄ptu habeat/qꝛ nō debet ſtare in peccato vna hoꝛa diei. vt in. c. ille rex de peniten. di. iij. Sed quādo papa remotus eſt: ſi crimen notoꝛiū eſt patriarche cōfiteri debet ꝛ ab illo caſtigari: et idem ſi occultū ſit et enoꝛme confitendū eſt pape etiam quādo inferioꝛ non poſſet diſpēſare. vt. xxj. di. ca. inferioꝛ. Jtē ſi pertinet immediate ad papā dꝫ pape ꝯfiteri intra italiā. Si v̄o vltra italiā et ē notoꝛiū pctm̄ vel enoꝛme pape ſilr̄ cōfitēdū eſt. ix. q. ij. c. ſi aūt tm̄ i vtroqꝫ caſu ſi ifirmꝰ ē pōt cuilibet ꝯfiteri. xxvj. q. vj. c. ſi pſbyter. ꝛ. c. ſequēti. et. c. qui credūt. Circa hoc tamen dicas vt dictum fuit ſupꝛa i .§. cui patriarcha. in ver. bꝛeuiter dicas ꝙ epi ꝛ ſcdm̄ Hoſtien.

Attende an archiep̄s debeat ſtare vna hoꝛa in pctō.

Sexta queſtio.

¶Sexto fuit queſitum cui confiteri debet ep̄s: et dicunt quidā ꝙ ſi eſt exemptus idem dicēdum de eſt qd̄ archiep̄o eſt dictū ſupꝛa: alioquin debet confiteri archiep̄o ſaltem ſemel in anno. ſ. quando venit ad conſilium pꝛouinciale: qd̄ quolibet anno fieri debet. xviij. di. c. quoniam quidē. de accuſa. c. ſicut olim.

Attēde ꝙ quolibet anno fieri dꝫ cōciliū ꝓuinciale.

Attende pctā ep̄oꝛū qꝛ q̄draginta et ſeptem pctā ſunt i q̄bꝰ ep̄i peccāt et excedūt.

¶Et vt ep̄i ſciant a q̄bus abſtinere debent: et de q̄bus eos opoꝛteat cōfiteri ꝛ in q̄bus excedūt. eſt dicendū ꝙ pꝛimo peccāt ꝛ excedūt ſi ſcienter celebꝛāt vel oꝛdines faciūt vel ſubditos iudicant: dū ſciūt ſe eſſe i moꝛtali pctō. vt de cohabita. cleri. ꝛ mulie. c. ſi. et de tēpo. oꝛdi. c. queſitum.

¶Scdo peccant ꝛ excedunt ſi cōferunt beneficia perſonis non idoneis ad talia beneficia obtinenda vt in. c. vt noſtrū. Ut eccleſiaſtica beneficia. ꝛ. c. Graue de pꝛeben.

¶Tertio peccant ꝛ excedūt ſi indoctū et nō idoneū ſciēter oꝛdinant: vel illū q̄ vnū pedem tenet in mundanis ꝛ aliū eccl'iaſticis contra legem diuinam. xlix. di. ca. ſi.

¶Quarto peccant ꝛ excedunt ſi rogant pꝛo indignis ſcienter.

¶Quinto peccant ꝛ excedunt qꝛ trahunt monachos et alios religioſos de monaſterio et ſine cauſa et cōtra voluntatē abbatis. xviij. q. ij. q̄ſ ſit et cap̄. Luminoſo.

¶Sexto peccant ꝛ excedunt qꝛ conferunt oꝛdines loco remunerationis cum non habeant aliud qd̄ conferant cum tamē collatio oꝛdinis debeat eſſe diſcreta et diſcreti iudicij: quia rarum eſt omne quod magnum eſt. lix. di. c. ſi officia.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

¶Septio peccāt ⁊ excedūt qꝛ ipſi īdiſcrete ex laicis ꝓmouent lix.di.c.Ordinatos.vel qꝛ ꝑncipiū electionis ſue fuit aliter vicioſum vn̄ nō pōt bono exitu peragi cū malo initio fuit ichoata eiꝰ electio.lxj.di.c.Miramur.⁊.c.in ſacerdotibꝰ.⁊.c.miſerū.

¶Octauo peccant qꝛ ꝓmouēt clericos ſine titulo q̄ poſtea mēdicare cogunt.lxx.di.c.Neminē.⁊.c.ſctōꝝ.⁊ de p̄ben.c.ep̄s.

¶Nono peccant qꝛ īdiſticte ſine litteris ꝓpꝛijs ꝑlati oꝛdināt clericos alienos.vt.lxxj.di.c.Illud.⁊.c.ſi q̄s in quo caſu oꝛdinatꝰ et oꝛdinans deponi debēt.j.q.ij.quoniā diuerſoꝝ.⁊.c.placuit.

¶Decimo peccant qꝛ negligūt ꝓpꝛios clericos ydoneos et relinquunt eos quaſi oues errantes.lxxj.di.ep̄s.

¶Undecio peccāt qꝛ ꝓmouēt aliquos iuitos nulla cauſa hoc exigente niſi cā odij.vt.lxxiiij.di.c.ep̄s.⁊.c.geſta.⁊.c.honoꝛatꝰ.

¶Duodecio peccāt qꝛ nō ſeruant tēpoꝛa ī oꝛdinis celebrādis.

¶Tredecimo peccant quia non ſeruant in triſticia.lxxvij.di.ꝑ totum.lviij.di.per totum.

¶Quarto decimo peccant qꝛ ſuſtinent clericos in delicto ſuo nec coꝛrigunt obtentu obſequij ſibi p̄ſtiti vel carnalis fauoꝛis vel pecunie coꝛruptionis.lxxxvij.di.c.ſi q̄s ep̄s.⁊.c.erroꝛ.et.c. conſentire.et officio.oꝛdi.c.irrefragabili.

¶Quinto decio peccāt qꝛ obmittūt punire delicta vt populis placeāt ꝙ plebi ſibi cōmiſſa ꝑnicioſum ē et qꝛ magis vtunt cōſilijs laicoꝝ q̄ꝫ clericoꝝ.lxxxiiij.diſtin.peruenit.⁊.c.Nūciatū.

¶Sexto decio peccant qꝛ nihil volūt paupibꝰ erogare: vn̄ inuacuū nomē ep̄i poꝛtāt.lxxxvj.di.c.fratrē nr̄m.⁊.c.non ſatis.

¶Septimo decimo peccant qꝛ negligenter defendunt viduas et oꝛphanos et pauperes et alias perſonas miſerabiles ad defenſionem eoꝛum ſpectantes.lxxxvij.di.per totum.

¶Octauo decio peccāt qꝛ nimiā curā habēt de rebꝰ tēpoꝛalibꝰ cū tamē ſcriptū ſit ꝙ ep̄i nullā rei familiaris curā ad ſe reuocēt ſꝫ lectioni et oꝛationi et v̄bo p̄dicatiōis tātūmō vacēt. lxxxviij. di.perlatū ē.et duobꝰ capitulis ſequentibus.et.c.te q̄dē.xj.q.j.

¶Nono decimo peccant: quia vni perſone plura beneficia cōferunt: contra apoſtolum et gregoꝛium.lxxxix.di.c.ſingula.

¶Uiceſimo peccant quia nolunt habere yconomos ſub quorum teſtimonio res eccleſie gubernentur cōtra iura.lxxxix.di.c. volumus.⁊.c.qꝛ in q̄buſdā.⁊.ix.q.iij.ca.cū ſimus ⁊ ſi hn̄t yconomos nolunt habere niſi laicos.cōtra Gre.lxxxix.di.decēter.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

¶ Uiceſimo primo peccant q2 approprīāt ſibi omnia bona ecclesiaſtica. nam ſolus ipſe incumbit bonus ſolus ipē vendicat ſibi vniuerſa: ſolus occidit vniuerſos. vt. xciij. di. dia.
¶ Uiceſimo ſcdo peccant q2 cōtēnunt p̄ſbyteros ⁊ vbi ipſi ſunt nō pmittūt eos officiū facere vl' p̄dicare: cū tamen ipſi debēt cū presbyteris eccleſiam dei regere in cōmuni: vt. xcv. di. cap̄. olim.
¶ Uiceſimo tertio peccant: quia ordiant p pecuniā ⁊ tales incurrunt lepram. j. q. j. cum ordinaretur. ⁊. c. cito turpem.
¶ Uiceſimo q̄rto peccāt: q2 mlt̄ alijs modis pmittūt ſymoniā.
¶ Uiceſimo q̄nto peccāt q2 vtunt̄ pſilio clericoꝝ extraneoꝝ: et ſuos q̄ meli⁹ ſcirēt cōſulere cōtēnūt. de his q̄ fiūt a p̄la. c. nouit.
¶ Uiceſimo ſexto peccāt q2 laici ſciūt eorum pſciētiā ⁊ p̄ſbyteri ignorāt nec hn̄t ſecū idoneos cubicularios. ij. q. vij. c. cū paſtor.
¶ Uiceſimo ſeptimo peccāt q2 licet diu in clericatu fuerūt ſunt tn̄ idiote et permittūt ſe in ep̄os promoueri. xxiiij. di. quia epi. ideo talib⁹ dicit dn̄s. Sciētiā repuliſti a te ⁊ ego repellam te. j. q. vij. conuenientibus. ⁊. j. q. j. viliſſimus.
¶ Uiceſimo octauo peccāt q2 poſtq̄ pmoti ſunt negligūt addiſcere vel doceri: cōtra Greg. q̄ dicit. Stultus eſt q̄ in eo ſe maiorē eſtimat vt bona que videt addiſcere cōtēnat. xxij. di. de conſtantinopolitane. ⁊. xxiiij. q. iij. ſi habes.
¶ Uiceſimo nono peccāt q2 nolūt vl' neſciūt canonib⁹ obedire q̄re debēt ab adminiſtratiōe vſq̄ ad pgruā ſatiſfactionē remoueri. x. di. ſctā romana eccl'ia. ⁊. xix. di. ſi rōanoꝝ. nā q̄ neſcit obedire canonib⁹ nō ē dign⁹ altareb⁹ miſtrare. xxv. q. j. hec pſona.
¶ Trigeſimo peccāt q2 ſunt nimis creduli in p̄iudiciū aliorū ⁊ anteq̄ eis conſtet de crimine ſuas ſententias fulminant contra Gre. dicentē. Si q̄d de quocunq̄ clerico ad aures tuas peruenerit non facile credas. vt in. c. ſi quid vero. lxxxvj. di.
¶ Trigeſimo p̄mo peccāt q2 nolūt i eccl'ias colūnas erigere q̄s nouerit meliores ſ3 quos ipſi magis diligūt vel quoꝝ ſūt obſequijs deliniti. viij. q. j. Moyſes. nā multi edificāt parietes ⁊ eccleſie columnas ſubtrahunt. xij. q. c. ij. gloria epiſcopi.
¶ Trigeſimo ſecundo peccant quia paulatim ius parrochiale clericis ſubtrahendo ſibi appropriant itaq̄ canones offendūt x. q. iij. quia cognouimus.
¶ Trigeſimo tertio peccāt q2 idiſcrete nitunt̄ vlciſci ſibi illatas iiurias pſonales. j. q. vij. c. ſi q̄s oēz traditionē. xlvj. di. ſedicioſ

(c) 2007 Ministerio de Cultura

narios. Et ideo indiſcrete iniuriant ⁊ excõicant.xxiiij.q.iiij.inter querelas. Et ipſi volunt eſſe auctores ⁊ iudices. nã eps auctor vel reus non debet eſſe iudex.xj.q.j.ſi clericus.

¶ Trigeſimo quarto peccant: qꝛ pro minimis culpis paratos corrigi excõicant.xj.q.iij.epiſcopi.⁊.c.nemo.

¶ Trigeſimo q̃nto peccant: qꝛ expellunt illos q̃ p̃deceſſoribus ſuis fideliter ſeruierunt: ⁊ qꝛ deterius eſt remuneratione ſeruicij quam a predeceſſoribus receperant ſpoliãt cõtra canones. xj. q.ij.c.hec huius placiti.⁊.xvj.q.vj.c.illud.

¶ Trigeſimo ſexto peccant qꝛ aduocatis vel ſeruientibꝰ nolũt reddere qđ promiſerũt nec volunt ipſos remunerare contra iura.xij.q.ij.c.quicunqꝫ ſuffragio.⁊.c.eccleſiaſticis.

¶ Trigeſimo ſeptimo peccãt qꝛ volunt qꝛ eis credat̃ in p̃iudicium alioꝝ.contra iura.vj.q.ij.eps.⁊.c.ſi tantũ.⁊.c.placuit.

¶ Trigeſimo octauo peccãt qꝛ volũt ſoli clericos deponere. de re.iudi.c.non poteſt.et.xv.queſtio.vij.c. Felix.

¶ Trigeſimo nono peccant qꝛ impugnant exẽptos iniuſte nec ſeruant illorum priuilegia.xvj.q.j.frater noſter.

¶ Quadrageſimo peccant: qꝛ ligant ⁊ abſoluunt ſine cognitione et ideo diuerſas penas pati debent. vt.xxiiij.q.iij.c.de illicita. de ſenten.excõ.ca.ſacro.

¶ Quadrageſimo p̃mo peccãt qꝛ i ꝯuiuijs nõ faciũt legi ſacras lectiones.xliiij.di.ꝓ reuerẽtia: nã dũ corpꝰ diuerſis ferculis reficitur lingua in detractionibꝰ relaxatur.xliiij.di.c.conuiuia.

¶ Quadrageſimo ſcđo peccãt qꝛ in eccl̃ia vel dũ in publico ꝓdeunt indumentis lineis vtunt̃ ⁊ pallia habẽt diffibulata ꝯtra concilium generale. de vita ⁊ honeſtate clericorum.c.clerici.

¶ Quadrageſimo tertio peccãt: qꝛ magis curant de ꝯuiuijs q̃ꝫ de diuinis officijs ⁊ inde ꝓcedit pctm̃ luxurie ⁊ ide multa alia mala ꝓueniunt.xliiij.di.ꝰ.j.⁊.c.ſequenti per totum.

¶ Quadrageſimo quarto peccãt/ qꝛ cartas ⁊ inſtrumenta eccleſie nõ cuſtodiũt imo res eccl̃ie dilapidant male adminiſtrãdo ꝯtra canones.xvj.q.j.in canonibꝰ.xxviij.di.de ſiracuſane.

¶ Quadrageſimo quinto peccãt: qꝛ res alienas vſurpãt. xvj. q.j.placuit.et ipſas reddere nolunt a p̃deceſſoribꝰ occupatas cum tamen nihil interſit quo ad periculum aĩe iniuſte detinere vel inuadere alienũ. de reſti.ſpoli.ſepe contingit.

¶ Quadrageſimo ſexto peccant quia nõ cognoſcunt ſeipſos:

(c) 2007 Ministerio de Cultura

cuius vite vel cuius generis ſint ſed in cathedris ſuis gloriātes presbyteros ⁊ clericos fratres ſuos deſpiciunt ⁊ contēnunt.

¶ Quadrageſimo ſeptimo peccant quia faciunt indiſcretas ⁊ ſuperfluas remiſſiones.

¶ Sunt etiam multa alia in quibus epi excedūt. vt habetur p hoſti i ſumma in diuerſis titulis ⁊ ſpecialiter de exceſſibꝰ prelato. §. qualiter excedant.

¶ Septimo fuit q̄ſitum cui debet confiteri abbas ⁊ dicunt quidam diſtinguendū eſſe: vt ſi exemptus ſit ⁊ remotus pōt cōfiteri cui vult de occultis: ſed ſi eſt propinquus ſoli pape vel eiꝰ penitentiario: ⁊ hoc qñ nō hꝫ ſup ſe aliū maiorē. Nā ſi hēt p̄em abbatem ſiue exemptus eſſet ſiue non ei confiteri debet. argu. de conſuetu. cū dilectꝰ. ⁊ de ver. ſig. c. abbate. Et breuiter idē dicūt de abbate exēpto: qđ dictū ē de pr̄iarcha nō exēpto: vt dictū eſt de archiepō habēte pr̄iarchā vel primatē. Sed ſi non habet aliū abbatē ſup ſe nec eſt exēptus: ꝓprio epō debet cōfiteri q̄ꝛ ille eſt iudex ſuus. lxj. di. c. obitū. xij. di. c. ſi. niſi forte ſm regulam per ſedem apoſtolicam approbatam poſſit ſibi eligere cōfeſſorem: aliter autem hoc facere non poſſet ſine licentia ſuperioris. vt in. c. Omnis vtriuſqꜫ ſexus. de peni. ⁊ remiſſio.

Attende pctā abbatū que ſunt. xvij

¶ De pctis aūt q̄ pro magna parte comittunť per abbates breuiter dicendū eſt. ꝙ in p̄mis peccant q̄ꝛ hac ſpecie ⁊ intentione ſpecialiter ducti habitū regularē aſſumūt vt abbates fiant ꝯtra canones. ⁊. vj. q. vij. p laicos. et de electi. c. officij. in quo multi religioſi delinquūt pauptatē ⁊ laborē ⁊ eſurient fugiētes vt diuites fiant: ⁊ q̄ete ⁊ ſplendide reficianť: ⁊ de talibꝰ dicit Greg. ꝙ nō intendunt ſeculū fugere ſed mutare. liij. di. c. viij.

¶ Scđo quia quandoqꜫ abbatiam emunt: et tales niſi renuncient ſaluari non poſſunt. vt in. c. ſi quis nec. j. q. j.

¶ Tertio q̄ꝛ nullū recipiūt niſi ītuitu pecunie vel alteriꝰ cōmodi tēporalis tacite vel exp̄ſſe ſup quo obtentu ꝯſuetudinis ſe ſatagūt excuſare cōtra iura. de ſymonia. ca. veniens q̄ ſi accuſenť deponēdi ſunt. de ſymonia. c. dilectꝰ filius. ⁊. c. licet heli. ⁊. c. per tuas. vel ad arbytriū iudicis puniunť. de accuſa. īquiſitionis.

¶ Quarto q̄ꝛ eccl̄ias ī q̄bus hn̄t ius patronatꝰ ſibi omnino appropriāt nec ponūt ibi vicarios perpetuos: ⁊ poſitos ita grauant ꝙ nō poſſunt hoſpitalitatē tenere: nec epō i ep̄alibꝰ reſpōdere. de prebēdis. ca. de monachis. ⁊. c. auaricie. ⁊ de ſupplen.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

negli.preclа.c.ij.q oia ſunt ab epis qbus ſubſunt nulla obſtan te conſuetudine corrigenda.de prebendis.c.extirpande.

¶Quinto: qꝛ ad eccleſias ad ipſos ptinētes neminem ſine pe cunia pſentant ꝛ vt dictū ſuū vtrūqꝫ pallient plerūqꝫ ecclia va cante mutuū recipiūt vſqꝫ ad aliquam certā ſummā pecunie ꝛ demū ipſam ſic obligatā conferūt dicentes qꝫ qlibet res tranſit cū onere ſuo.de pigno.c.ex lris.ꝛ de decimis.c.paſtoralis: ſꝫ ip ſos seducūt cū epis hoc nō liceat: ſed ecclia vacante fructos fu= turo ſucceſſori ſunt fideliť reſeruandi: vel in vtilitates ecclie cō uertēdi.de officio.ordi.c.cū vos. et q aliqd ſubtrahit inde etiā ſi eps ſit tanqꝫ furti ꝛ latrocinij reus honore ſuo priuari debꝫ.x. q.ij.c.finali. Tales em exactiones ſunt penitus prohibite. Et ſi quis eas receperit tenetur in duplū reſtituere ipſas in vtilitatē eccleſie conuertendas.de ſymo.c.Audiuimus.

¶Sexto qꝛ dant poſſeſſiones aliquas vel domū cōducūt alijs tali pacto qꝫ decimas illarū poſſeſſionū eis ſoluant: vel apud eos ſepulturas eligant: que pacta in preiudiciū eccleſie parro= chialis non ſunt ſeruanda.de pactis.c. pleriqꝫ etiā ſi iuramen= tum interueniat.c.j.de ſepultu.libro.vj.

¶Septimo: quia negligunt punire monachos fugitiuos.xiij. q.iij.abbates et eos reuocare inquirere et recipere ſalua ordi= nis diſciplina.de regula.c.fi.

¶Octauo: qꝛ recipiunt monachos ſine litteris cōmendaticijs xviij.q.ij.cap̄.abbates.in fine.ꝛ cap̄.quam ſit.

¶Nono: qꝛ indiſcrete monachos ſuos eijciūt.de reſcrip.ca.cū. dilecta in quo mortis eoꝝ rei ſunt.argu.xvj.q.j.cap̄.Placuit.

¶Decimo: qꝛ monachꝰ ſine cauſa litteras dimiſſorias ꝓcedūt et credūt monachos ꝑ tales lrās ab obediētia ſoluere: qđ verū nō ē quſqꝫ ab illo ſint recepti.lxiij.di.c.illud quoqꝫ. et.vij.q.j.c. nō opꝫ.ca.ꝑuenit ꝛ.xxj.q.ij.ca.j.et.ij. vbi dicit leo qꝫ nō debent dari tales littere dimiſſorie niſi cōſtet vbi ſit receptꝰ monachꝰ: ne ouis errās et ꝑdita iueniať ſine paſtore.lxxij.di.cap̄.eps.

¶Undecimo: qꝛ reuertētes vel alios fratres delinquentes ſi= cut latrones cū aliter corrigi poſſint ponūt in vinculis. lxxiiij. di.c.quorundā.et ꝑ laicū faciunt capi vel verberari cum hoc ꝑ monachos vel per clericos fieri poſſet in quo caſu excōicatio= nis vinculum non euadunt de ſenten.excō.c.vniuerſitatis.

¶Duodecimo: qꝛ ſi aliq ex cauſa appellāt appellationi facte

(c) 2007 Ministerio de Cultura

non deſerũt:ſʒ appellãtes capiũt verberãt vel excõicãt.de accu. ca.ſicoli.ꝛ tales ad ſedẽ aplicã ſunt mittendi.de appel.c.ꝑoꝛe.

¶Tredecimo:qꝛ quoſdam monachos carnali amoꝛe exaltãt/ alios ex odio vel inuidia vel qꝛ bene viuunt: et bene admini= ſtrant:et bene faciunt oppꝛimunt.xv.queſtio.vij.ca.j.

¶Decimo quarto:qꝛ ſub ſpecie pietatis impietatẽ pallíantes occaſione hoſpitalitatis manducant carnes extra refectoꝛium illos quos familiares habent ſplendide ſecũ reficientes.alios qui pondus poꝛtant diei ꝛ eſtus eſurientes dimittunt:cũ tamẽ ſine acceptione ꝑſonarũ:nũc hi nunc illi eſſent ſꝫm regulã euo= candi.de ſtatu monacho.c.monaſteriũ.§.in refectoꝛio.

¶Decimo quinto:qꝛ de ĩfirmis et debilib⁹ vl medicina aliqua indigentib⁹ nõ curant q̃bus tamen in infirmatoꝛio vel refecto rio ad ſuſtẽtationẽ nature debilis eẽt cõpetẽs ſuſtẽtatio adhibẽ da ĩ ꝑdicto c.cũ ad mõaſteriũ.§.poꝛro d̃biles.d̃ ſtatu mõacho.

¶Decimo ſexto/qꝛ ꝑmittunt aliquos monachos hr̃e pecuniã contra auctoꝛitates ſanctoꝛum patrum.de ſtatu.monacho.ca. monachi.et pꝛedicto ca.cum ad monaſterium.

¶Decimo ſeptimo:qꝛ eccl̃ias decimas et alia ſpiritualia reſpi ciũt de manu laici et curam aiarum cõmittũt monachis ſine li centia epi:et ſacerdotes habentes curam inſtituũt ꝛ deſtituunt per ſe ꝓ libito volũtatis et alijs modis vſurpant iura epiſcopa lia cõtra iura.xvj.q.j.peruenit.de pꝛiuilegijs.cũ et plantare.

¶Decimo octauo:qꝛ monachis parcunt pꝛopter potentiã pa rentũ cũ tamẽ ex quo incoꝛrigibiles ſunt eſſent eijciendi de mo naſterio ne interficerent oues ſanas.de ſtatu monacho.ca.ea. que.§.j.xlv.di.c.ſed illud et in arctioꝛib⁹ monaſterijs eſſent de trudendi:et ſi reſiſterent vſq̃ ad obedientiam eſſent excõmuni cationis vinculo innodandi.de regula.c.fi.§.fi.

Octaua q̃o.

¶Octauo fuit queſitũ cui debẽt confiteri monachi: et dicendũ eſt q̃ debent cõfiteri abbati qui ipſos monachos nõ ſolũ extrin ſecus ſed etiam intrinſec⁹ cognoſcere debet.de tẽpo.oꝛdinãdo. c.ad aures:quoniam ſuꝑ capita ſua loco dei poſuerũt.Ita nec velle nec nolle habeant.xij.q.j.ca.non dicatis:ꝛ abbate p̃ſente vel etiam abſente de licentia eius vel de conſuetudine vel ſcꝺm ſtatuta regule pꝛioꝛi confiteri debent.de ſtatu monachoꝝ.c.cuꝫ ad monaſteriũ.§.pꝛioꝛ.Et licet ſint plurima vicia monachoꝛũ hec tamen ſunt deteſtabilia et penitus condemnanda.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

¶ Primo caueant ne ꝯtra abbatē conſpirent aliquando: nō ſolum ad depoſitiones abbatis: ſed ad mortem corporis ſicut illi q̄ in mortem beati Benedicti ꝯſpirauerunt.vij.q.j.§.quādo vero.⁊.xviij.q.ij.§.ecce ⁊ tales ſunt infames: ⁊ ad teſtimoniū non admittunt̄.xj.q.j.conſpirationū.⁊.c.cōmurmurationū. et de ſymo.c.per tuas.⁊.c.licet heli.⁊ de ſen. ⁊ reiudi.c.cū.j.⁊.a.

¶ Secūda quia incautā familiaritatē habent cum mulieribus quas ſibi cōmatres faciunt cōtra iura.xviij.q.ij.ca.ꝑnicioſam.

¶ Tertio qꝛ incautā cū monialibꝰ conuerſationē hūt ꝯtra iura xviij.q̄ſtio.ij.c.monaſteria.⁊ ca.diffiniuimꝰ vbi dꝛ ꝙ non licet monacho cōuerſari cū monacha nec ſecū in monaſterio manere:nec loq̄ etiam cū conſanguinea:niſi per ỽba compendioſa: ita ꝙ cito ab ea recedat:⁊ ſub teſtimonio abbatiſſe. Et idem iuris eſt de abbate: quia nec clericus debet ipſarū monaſteria frequentare.de vita ⁊ honeſtate clericorum.c.monaſterio.

¶ Quarto qꝛ vagant̄ extra monaſteria ſine licētia abbatis ſui xvj.queſtio.j.c.legi epiſtolam.de officio ordi.ca.quanto.

¶ Quinto qꝛ volunt eſſe ocioſi cum tamen arma hoſtis antiqui ſint ocioſitas et voluptas ad miſeras aīas captiuādas de renuncia.niſi cum pridem.§.verum.

¶ Sexto quia volunt comedere carnes etiā ſi nulla neceſſitas vrgeat ꝙ non licet de conſecra.di.v.carnem.de ſtatu monachorum.cum ad monaſterium.§.in refectorio.

¶ Septimo qꝛ gloriant̄ de nobilitate ſua ⁊ potētia amicorum ꝑpt̄ ꝙ volūt regi ad libitū: ⁊ volūt alijs dominari qđ ꝓhibet cōſiliū generale.de ſtatu mona.ea.q.§.j.⁊.gloriā mundanā ⁊ cōuiuia cōmunia appetūt ⁊ ſequunt̄ contra ethimologiam nois ſui ſm quā monachꝰ ſolus ⁊ triſtis ſedere debet:nec de mundo diſputare qꝛ mortuus eſt mūdo.xvj.q.j.placuit.⁊.c.monachꝰ.

¶ Octauo qꝛ volūt habere cellulas ab alijs ſeparatas nec volunt abſtinētiā cōmunē facere.xx.q.iiij.c.monachi.⁊.c.ſequēti.

¶ Nono:qꝛ ꝓpū hūt ꝯtra iura.ꝺ ſtatu mōach.cū ad mōaſteriū

¶ Decio qꝛ ſibi adiuicē iuidēt: ⁊ ſic ſunt ſpūales homicide detrahēdo ſibi adiuicē.vj.q.j.deteriores.⁊ ꝺ pe.di.j.homicidioꝝ.

¶ Undecimo:quia aduocati ſunt in palatijs clericoꝝ ⁊ laicorum contra iura de poſtulando.c.ex parte.

¶ Duodecimo: qꝛ fiſicam ⁊ ius ciuile audiūt: vñ ipſo iure excōmunicati ſunt ⁊ in multis alijs delinquūt vt ptꝫ i his q̄ notant̄

(c) 2007 Ministerio de Cultura

p hoſtiē.in ſũma.ne clerici vel monachi.§.penultimo ⁊ vltio.
¶ Nono fuit q̃ſitũ cui dꝫ ꝯfiteri decanꝰ: ⁊ dicẽdũ ē ꝙ ep̃o ſuo cõfiteri debꝫ cui ſubeſt: vel de licentia ipſiꝰ aliȷ́.c.ois vtriuſqꝫ ſexꝰ. de peniten.et remiſſio.et decani confiteri debent de multis.
¶ Primo: qꝛ ſuis ep̃is graues ⁊ ſupbi exiſtũt ꝺ̃ appel.c.delicti.
¶ Secundo: qꝛ in epiſcopi ſui contẽptum abſtinent a diuerſis officiȷ́s.de officio.oꝛdina.ca.irrefragabili.§.ceterum.
¶ Tertio: qꝛ ꝓ peccato alterius eccleſiam interdicunt: de his q̃ fiunt a maio.parte capituli.queſiuit.
¶ Quarto: quia ſigillo capituli ſine cõſenſu ipſius capituli ſigillant de ꝓba.tertio loco.
¶ Quinto: quia illud quod eſt cõmune ſibi et capitulo ſibi appropꝛiant de pꝛeben.c.ratio.
¶ Sexto: quia nolunt ad ſacerdotium pꝛomoueri cum ad hoc teneantur de etate et qualita.cap̃.pꝛimo.
¶ Septimo: qꝛ ep̃is ꝯſentiũt in pctis.de elec.c.ꝑ inq̃ſitionem.
¶ Octauo qꝛ nolũt ſurgere ad matutinas nec aliȷ́s hoꝛis canonicis: et volũt ꝑcipere ꝓuentꝰ et nolũt facere ſeruitiũ ꝯtra iura. de cleri.coniu.c.diuerſis fallaciȷ́s.vnde ſi admoniti ꝑ ep̃m non ſatiſfaciunt deponi poſſunt a clero.xciȷ́.di.cap̃.ſi.
¶ Nono: qꝛ ſe abſentant ſine licencia ep̃i.de cleri.non reſidẽ.c. ex parte.et de conſecra.di.v.c.non opoꝛtet.
¶ Decimo: quia audiunt leges contra iura.ne clerici vel monachi.c.ſuper ſpecula.
¶ Undecio: qꝛ exercẽt aduocati officiũ.ꝺ̃ poſtulã do.c.j.⁊.c.ſi.
¶ Duodecimo: qꝛ ſunt nimis ſupbi: illiteratos ⁊ ſimplices cõcultantes: ⁊ volunt eos ſuppeditare ⁊ in omnibus dominari ꝙ epiſcopo non licet.lxxxv.di.eſto ſubiectus.
¶ Tredecimo: quia plura beneficia et plures dignitates tenẽt ſine diſpenſatione et ſi diſpenſationem habent ipſam non ſeruant cum in diſpenſatione ſemꝑ conſueuit apponi ꝙ cura animarum vel eccleſie obſequium non negligatur.
Decia q. ¶ Decimo fuit queſitum cui debet confiteri archidiaconꝰ: ⁊ dicendum eſt ꝙ debet confiteri ep̃o ſuo cui ſubeſt. de offi.archi.c. j.xxv.di.c.ꝑlectis.vel de licentia ep̃i debet confiteri aliȷ́ vt dictũ fuit ſupꝛa de decano. Et quamuis archidiaconi in multis delinquant tamen hec ſunt que frequentant.
¶ Pꝛimo ꝙ faciunt talias in pꝛeſbyteros quod eis non licet.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

xxiiij.di.ca.fi.de cenſibus.c.cum apoſtolus.§.inhibemus.
¶Scđo qꝛ volũt hr̃e vaccam albã vel aliud tẽporale certũ pro inueſtitura faciẽda.de ſimo.c.cum in eccleſijs.ꝛ in.c.tantum.
¶Tertio quia clericos in ſuis peccatis tollerãt ꝑ pecunia quã extorquent de penis.c.licet.
¶Quarto quia excommunicatos nolunt abſoluere niſi ꝑmo recipiant certam pecunie quantitatem contra iura.j.q.j. nullꝰ epiſcopus.de ſimo.c.ad aures.
¶Quinto quia vendunt iuriſdictionem et vices ſuas.ne prelati vices ſuas.c.j.ꝛ.ij.
¶Sexto:quia nolunt ad diachonatus ordinẽ ꝓmoueri.de etate et qualita.c.j.de elec.c.cum in cunctis.§.inferiora.
¶Septimo qꝛ opponunt ſe indebite contra epos quorũ oculi ſunt.Unde aliqui epiſcopi vellent perdidiſſe oculos ſuos.de officio archidi. cap̃.ad hec.xciij. di.c.legimus. Et propter hoc tales archidiaconi tanq̃ membrum putridum ab eccleſia remouendi eſſent.de exceſ.prela.c.grauem.
¶Octauo qꝛ in deformationẽ honeſtatis ſue volunt cũ aliq̃bus mulieribus habitare.lxxxj.di.c.florentinum.
¶Nono qꝛ ſũt circa ſuũ officiũ negligẽtes.đ offi. archi.c.ea. q̃.
¶Undecimo fuit q̃ſitum cui dꝫ confiteri archipreſbyter ꝛ dicẽdum eſt ꝙ debet cõfiteri epo cui ſubeſt.xxv.di.c. plectis. de offi. archipreſ.ca.j.ij.ꝛ.iij. Peccãt aũt archipreſbyteri qꝛ ſunt negligentes circa ſuum officiũ qđ male fit et in q̃bus verſetur notat̃ per hoſt.de offi.archipſ.§.q̃ pertinent.Jo.doctor.Nouẽ tñ ſunt in q̃bus archipſbyter ciuitatis põt peccare.et ad q̃ tenetur. xj.q̃ſtio.
¶Primo ſi nõ prouidet de vita oim preſbyterorũ et etiã ſi non eſt in eccleſia cathedrali temporibus congruis.
¶Scđo ſi in abſentia ep̃i miſſam maiorẽ in eccleſia non dicit.
¶Tertio qꝛ non ꝓuidet miniſteriũ ſacerdotũ eccl'iam regẽtiũ.
¶Quarto qꝛ non prouidet ne preſbyteri aliquando vagent.
¶Quinto qꝛ nõ ſupplet in oibus vicem ep̃i exceptis ꝓhibitis.
¶Sexto ſi in abſentia p̃ſulis vice eius officiũ eccl'iaſticũ in choro et benedictiones preſbyterales in eccleſia dare nõ vult.
¶Septimo quia non prouidet ne infirmi ſine penitẽtia vel eucariſtie ſacramento decedant.
¶Octauo audire debet confeſſiones ciuitatẽſium et corũ q̃ foris veniunt ex precepto epiſcopi.



(c) 2007 Ministerio de Cultura

¶ Nono: quia non eſt paratus ad baptizandū et ſuccurrendū in omnibus ſacerdotibus vt tradit plene in dicto. §. q̄ pertinēt. et in his. ix. ſi negligentes ſint poſſunt peccare archipſbyteri ciuitatis. Archipſbyter ruralis pōt peccare in ſequentibus.
¶ Primo qn̄ iperiti ⁊ vulgi ⁊ plebis ſollicitudinē nō gerit.
¶ Scd̄o quia curioſam affectionē materie puidendo nō habet.
¶ Tertio quia non puidet de vita preſbyterorū qui habitāt in ruribus ſeu eccleſijs extra ciuitatem.
¶ Quarto quia cōtinua vigilia circūquaqꝫ habitat non cuſtodit vitam dictorum preſbyterorum ruralium.
¶ Quinto quia ſi aliqd̄ viciū vel defectū in dictis clericis ruralibus inuenit nō nūciat epo. vt idē hoſti. i dicto ti. §. fi. ad fi. ⁊ ſic ſunt. v. in q̄bus archipreſbyteri rurales peccant. Ja. doctor. Et quia nō indicant nec aliqd faciunt niſi pecunia mediāte qua ſubtracta ſtatim ſubtrahunt iuſticiam. xj. q. iij. qui recte.
xij. q̄ſtio. ¶ Duodecimo fuit queſitum cui debꝫ confiteri prepoſitus ſiue prior: nā p̄poſitus dicit̄ qui quorundā prioratus curā pre alijs gerit. de ver. ſig. ca. quāuis. Et eſt dicendū ꝙ ſi p̄poſitꝰ vel prior ſit religioſus ſuo ſuperiori confiteri dꝫ a quo eſt caſtigandꝰ. Si ſit ſecularis debꝫ ꝯfiteri epiſcopo vel penitentiario ſuo. de cleri. exco̅. miniſtra. capitu. propoſuit. §. j. vel alij que curam eiꝰ habet. vel de licentia eius confiteatur alij. in cap̄. omnis vtriuſqꝫ ſexus de peniten. et remiſſio.
xiij. q̄ſtio ¶ Tredecimo fuit pueſitum cui debet confiteri ſacriſta ſeu theſaurarius. Et dicendū eſt ꝙ debet confiteri epo ſuo: vel qui curam eius habet. vt dictum fuit ſupra in propoſito. Et iſti ſacriſte: vel theſaurarij peccant in iſtis.
Primo quia negligentes ſunt circa ſuum officium.
Secundo quia negligunt cuſtodire veſtimenta.
Tertio quia ſunt negligentes in cuſtodiendo vaſa eccliaſtica: quia faciunt ea tractari p laicos vel per iuniores clericos cōtra iura. xxiij. di. non liceat. ⁊. c. non oportet.
Quarto peccant circa luminaria. de officio cuſto. c. j. ⁊. ij.
Quinto peccant circa factionē hoſtiarū et preparationē inceſi: et circa curam baptiſte. xxv. di. c. perlectis.
xiiij. q̄o. ¶ Decimo quarto fuit q̄ſitū cui dꝫ confiteri magiſter ſcholarū. Et dicendū eſt ꝙ debet cōfiteri epiſcopo cui ſubeſt. vt dictū fuit ſupra in decano. Et iſti magiſtri ſcholarum peccant in iſtis.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Primo qꝛ vendunt licentiā docendi. de magiſtris. ca. quāto.
Secundo quia dignis licentiam denegant de magi. cap. prohi
beas. qui ſi directe accuſarentur coram ſuo ſuperiori amoueri
debent. j. q. vij. ſancimus.
Tertio qꝛ cū idiote ſint ꝑmittunt ſe ad hoc officiū ſublimari. de
eta. ⁊ quali. c. ad aures. lxj. di. c. miſerū. ꝺ electio. cū i magiſtrū.
Quarto qꝛ conſpirant contra epiſcopos. de calūniato. c. ij.
Quinto qꝛ magiſteriū ambiunt. xxiij. di. ca. qñ eps. et iſti qui
per ambitionē ꝓmouentur crudeliter a diabolo punient̄. viij.
q. j. illud inferendum. ⁊. j. q. j. non eſt punctanda in fi.
¶ Decimo quinto fuit q̄ſitum cui debent cōfiteri ſtudētes: ⁊ di xv. q̄ſtio.
cendū eſt ꝙ debent confiteri p̄ſbytero in cuius parrochia habi-
tant vt no. glo. in cle. religioſi de priuile. nec ſtudentes ſtudij ſal
mantini debent petere licentiā nec ꝑtātem a ſcholaſtico ſalmā-
tino: qꝛ licet ſcholaſtic⁹ ſalmantin⁹ ſit iudex ordinarius ſtudē
tiū in cōtentioſis nō pōt ſe intromittere de pnialibus ex quo ſi-
bi hoc exp̄ſſe cōmiſſum non fuit vt dictū fuit ſupra de officiali
ep̄i de ſtudentib⁹ p ſex folia retro immediate ante illud. de pa-
pa cui debet confiteri: nec ſtudentes ſalmantini ſunt exēpti vt
aliqui dicunt: ſed ſolum ſunt priuilegiati vt nō poſſint coram
alio q̄ coram ſcholaſtico ſalmantino conueniri vt. c. volentes
de priuilegijs. li. vj. nec etiam ſtudentes in ſtudio ſalmantino
poſſunt abſolui a ſcholaſtico ſalmantino ab excōicationibus
quas contraxerunt eijciendo manus violentes in clericum in
caſibus pape reſeruatis: ſed ſolū in leuib⁹ percuſſionibus ad
ep̄m ꝑtinentib⁹ ꝑ quādā bullā pape benedicti. Jo. do. tenoris
ſubſequētis. Benedictus ⁊c. Cōcedim⁹ ſcholaſtico ſalmātine
eccl'ie: qꝛ ſepe cōtingit aliquos de vniuerſitate ſalmanticeñ. i ca
nonē ſi quis ſuadente icidere. Et ꝓpterea ⁊ alias ꝑ ſedis apli-
ce et legatorū eius ac ꝓuinciales ⁊ ſinodales cōſtitutiones ex
cōicationis ⁊ ſuſpenſionis ſniās ac piurij ⁊ alias penas incur
rere: ꝙ ipſe ſcholaſtic⁹ auctoritate aplica poſſit abſoluere quoſ
cūqꝫ de vniuerſitate p̄dicta qui prefatas ſnias ſiue penas forſi
tā incurrerint ab huiuſmodi ſententijs ſiue penis. preter q̄ in
caſibus romanis pontificibus reſeruatis iniunctis pro modo
culpe penitentia ſalutari et alijs que de iure fuerint iniungen-
da necnō interdictū ſi illi premiſſorū occaſione ſtudium predi
ctū forſitā ſubiacere contigerit relaxandi. ⁊ nihilominus cum



(c) 2007 Ministerio de Cultura

alis qui huiuſmodi ligatis ſententijs fuerunt ſup irregularita tibus ſi quas ipſos celebrando nõ tam in contemptũ clauiũ in currere contigerit diſpẽſandi tenore p̃ſentiũ concedimus plenã et liberã facultatẽ nõ obſtãtibus cõtrarijs ⁊c. nulli ergo ⁊c. ſi qs aũt ⁊c. Et nota q̃ iſta ꝯceſſio facta in fauorẽ pie cauſe durat per petuo ⁊ poſt mortem ꝯcedentis notãt glo. et do. in ca. nemini. de offi. lega. et probat per. c. ſi cui. de prebẽ. lib. vj. ⁊c. Ja. do. Et ab excõicationibus quas incurrũt per ꝯſtitutiones ſtudij Sal mantini: vel p litteras ipſius ſcholaſtici in oibus alijs a d epm Salmantinum et ad vicarios ſuos ad hoc ab epo poteſtatem habentes incurrendũ eſt: q2 ipſe eps ſolus habet iuriſdictionẽ in tota ſua dioceſi in foro anime. in. c. precidimus. xij. q. j.

¶ Peccata ſtudentiũ nota ſunt ⁊ de ipſis non poteſt dici niſi q̃ eoꝝ exceſſus enarrare dificile eſt in cap̃. bene quidẽ. xcvj. di.

xvj. qõ. ¶ Decimo ſexto fuit queſitum cui deb3 confiteri cãtor: dicendũ eſt q̃ debet confiteri epiſcopo vt dictum fuit ſupra de decano.

Peccat autem cantor in his.

Primo q2 nihil ſcit de cantu nec de officio et permittit ſe ꝓmo-ueri in cantorem.

Scdo peccat: dãdo portiones quottidianas abſentibus ab of ficio: et officiantibus ſubtrahendo.

Tertio peccat recipiẽdo indignos in choro ⁊ dignos eijciẽdo.

Quarto peccat/ſtatuta et conſuetudides eccleſie contẽnendo violando et vituperando.

¶ Decimo ſeptimo fuit q̃ſitũ cui debent ꝯfiteri canonici: ⁊ dicẽ dũ eſt q̃ debẽt confiteri epo vel de licentia eiꝰ alij vt dictum fuit ſupra de prepoſito et decano: et canonici peccant in iſtis.

Primo q2 vtilitate vel neceſſitate eccleſie exigente nolũt ad or dines ꝓmoueri. lxxiiij. di. c. ſi q̃ clerici. ⁊ de etate ⁊ q̃lita. c. q̃ris.

Scdo: q2 per ambitionẽ permittunt ſe detrudi in loco viuẽtis de conceſſio. preben. eccleſie. c. j. et. vij. q. j. c. non furem.

Tertio quia coniurationes faciunt. xj. q. j. c. coniurationum. ⁊ c. conſpirationum.

Quarto q2 ſũt nimis delicati nec volũt eccl'iaz frequẽtare. ꝺ cle. nõ reſide. c. penulti. et fi. vt dictũ fuit ſupra ꝺ decano. ꝟ. octauo.

Quinto q2 cumulãt pecuniã de prebẽdis nec volũt aliq̃d pau peribus elargiri. xij. q. j. c. fi. imo q̃ peius eſt: canonicꝰ ex iope diues factus et ex ignobili glorioſus icipit negociare de bonis

(c) 2007 Ministerio de Cultura

eccleſiaſticis: tamen talis ſm Hiero. quaſi quedam peſtis fu=
giendus eſt.lxxxviij.di.c.negociatorem clericum.
Sexto qꝛ male viuūt canonici cathedralis eccleſie luxurijs de
uacantes. vnde poteſt dici ꝙ tota ciuitas capite deorſum pen=
det.xxxij.q.vi.c.fi.nā totius poteſtatis ſtatus per tales contur
batur maxime quando nolūt epis obedire.xvij.di.§.huic etiā.
laborent ergo et ſtudeant circa opera charitatis. cum debeant
eſſe lumen boni et ſpeculum ciuitatis.xij.q.iiij.c.fi.
Septimo qꝛ diſcordant in capitulis et partes ſibi faciūt maxi
me circa electiones in quib⁹ iā quaſi nihil de deo agitur ſed ſe
quuntur carnalitatis officiū tā priuati ꝙ̄ plati.ꝛ nō iudiciū rō=
nis.de his q̄ fiunt a maiore pte capituli.c.j.ꝛ de elec.c.i cauſis.
ꝛ.c.cū dilect⁹.ꝛ.c.ꝯgregatio.ꝛ.c.cōſiderauim⁹. ꝛ de pben.c. gra
ue.Et circa iunge illud qđ notat̄ p Hoſti.de pbē.§.qualit̄. ver.
libere: vbi inuenies exemplū de aſino.ꝛ de his vicijs ꝛ alijs.il=
li q̄ i ſe aliqua vicia regnare ſenſerint curēt ſuo ſatiſfacere crea=
tori: qui eos expectat ad penitētiā.xciij.di.c.diaconi ad finem.
¶ Decimo octauo fuit q̄ſitū cui dꝫ ꝯfiteri doctor vel magr̄ ꝛ eſt xviij.q̄ſt.
dicendū ꝙ dꝫ confiteri illi pſbytero in cuius parrochia morat̄:
nam alius ipm nō poteſt abſoluere vl̄ ligare.ix.q.ij.c.j.ij.ꝛ.iij.
Peccant aūt doctores vel magiſtri qꝛ licet indoctos ꝛ inſuffi=
ciētes ſe ſentiant: faciūt ſe p pces ꝛ munuſcula alijs doctoribus
data ad doctoratū vel magiſteriū ꝓmoueri: ꝛ ſibi licentiā docē
di dari. vt dictū fuit ſupra de magiſtro ſcholarū: nā vix erit bo=
nus magiſter q̄ nō fuit bon⁹ diſcipul⁹.de elect.c. cū in magiſtrū
et.lxj.di.c.qđ ꝓderit.Sed antiq̄ magiſtri ꝓ nouis non ſunt de
ſerendi: valde eñ iniquū eſt ꝛ abſurdū vt noui ꝛ rudes ꝛ iperi
ti pferant̄ magiſtris antiqs ꝛ approbatis. lxj.di. ca. ſtatuim⁹.
niſi forte de nouo aliqđ ſit meli⁹ reuelatū.xcv.di. eſto ſubiect⁹.
Scđo peccāt qꝛ deſpiciūt ſubditos cathedrarij.ꝛ ꝓpter viciū ar
rogātie ea q̄ ſciūt recte docere nolūt. xlvj. diſtin. hꝫ hoc ꝓpriū.
Et tales faciunt iniuriā cathedre.xl.di.multi ſacerdotes.
Tertio peccāt qꝛ cōtēnunt ſimplices et qꝛ magis volunt vitare
vicia verborum ꝙ̄ vicia morum.xxxviij.di.ca.ſedulo.
Quarto peccant quia conantur dicere nō vtilia ſed ſubtilia vt
videantur ab omnibus et vocentur rabi et ſic confundunt au=
ditores.xliij.di.c.fi.ꝛ.xlix.di.ca.j.
Quinto peccant quia docent falſa in cathedra cōtra cōſcientiā

(c) 2007 Ministerio de Cultura

vt aliqbus placeant: ꝛ iſti ſunt falſi doctores. xxij. q. ij. c. j. ꝛ capitale. ꝛ iſti ſunt fontes ſine aqua ꝛ nebule turbinibꝰ exagitate qbus caligo tenebrarũ reſeruat̃. i. c. ſecuti ſunt. ij. q. vij. ꝛ mali ſunt ꝛ ideo eoꝝ doctrina mala eſt. j. q. vij. conuenientibus.

Sexto qꝛ tacent veritatē ne vicijs qbus vacāt ꝛ ſeipſos rephendere videātur. j. q. j. c. viliſſimus. ꝛ. iij. q. vij. c. in grauibus.

Septimo peccāt in falſis ꝯſilijs que dant ꝑ pecunia quamuis iſtud conſiliũ vendere poſſint. xj. q. iij. ca. nō licet. illa ergo que male extorſerunt reſtituant vel pauperibus erogent. xiiij. q. v. ſi habetis. ꝛ. c. non ſane. ꝛ per veram penitētiam ſuo ſatiſfaciat creatori alioquin cū diabolo perpetuis cruciatibus punietur de peniten. di. j. §. his auctoritatibus.

xix. q̄ſtio ¶ Decimo nono fuit queſitum cui debent confiteri aduocati: ꝛ dicendum eſt ꝙ debent confiteri preſbytero in cuius parrochia morantur vt dictum fuit ſupra in doctore vel magiſtro ꝛ aduocati peccant in multis.

Primo qꝛ doloſe fouent cauſas prodēdo ſuũ clientulũ ꝛ tales preuaricatores ſunt ꝛ infames. ij. q. iij. §. notandũ. Et notat̃ ꝑ Hoſtien. de calũniatoribus. §. quis ſit preuaricator.

Secundo peccāt quia cauſas deſperatas fouēt ꝯtra cōſciētiam cũ ſcriptum eſt non defendas improbũ. xj. q. iij. ſi quis vero. et de hoc notat̃ per Hoſtien. in ſumma de poſtulādo. §. q̄d ꝑtinet ver. caueat. ꝛ. §. quis poſtulare. ver. ꝛ illud no.

Tertio peccāt qꝛ dilatiōes ſupfluas nitunt̃ obtinere ad hoc tātũ vt fugiāt ꝛ negotiũ protrahat̃. vt lite nō conteſta. c. j. ꝛ de dolo ꝛ cōtuma. ca. prout. ꝛ. iij. q. vij. §. tria. ver. ꝑterea nō licet aduocato i quo caſu pena duarũ librarũ auri aduocatꝰ puniēdꝰ eſt per iudicem. C. de iudic. l. properandum. §. illo ꝑcul dubio.

Quarto peccant pacificando ſuper certa parte litis cum graui dāno litigatoris propter ꝙ deberentur ab aduocatione remoueri. iij. q. vij. §. tria. ver. arceantur.

Quinto peccāt qꝛ ignorantes iura cum neſciant quid dicāt ob probrijs certant. iij. q. vij. ver. ſi quis adeo procax fuerit.

Sexto peccāt qꝛ vbi eſt aduocatorũ copia vt alijs lucrũ ſubtrahant q̄ meliores ſunt paruiſſimo ſalario ſunt cōtenti tāꝗ viles ꝛ abiecti. iij. q. vij. §. tria. ver apud vrbem.

Septimo peccāt qꝛ recipiũt ſalariũ nimis magnũ inſpecta ſua facūdia ꝛ labore quē ſubeũt ꝛ iſpecta quātitate cauſe ꝛ fori cō-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

ſuetudie vt.ff.ꝺ varijs ⁊ extraordina.cogni.l.j.§.i honorarijs.
Octauo peccant quia faciunt poſitiones cauilloſas vt aduer=
ſam partem decipiant ⁊ inducunt clientulum ad degerandum
ponendo et reſpondendo et informando falſos teſtes. et ideo
tanq̃ homicide tenentur et infamia perpetua notant̃. vt.xxiij.
q.v.ille qui hominem.⁊.c.ſi quis conuictus.
¶Nono peccant q꞉ recepto ſalario nõ curant de cauſa nec ſtu=
dent nec vigilant circa eam: et ſic propter eorum negligentiam
aliquoties amittit clientulus bonam cauſam in quo ipſi clien
tulis obligati ſunt.de etate ⁊ qualitate.cap̃.ad aures.⁊.ff. de lo
ca.⁊ conducto.l.ſed adde.§.illud.
Decimo peccant quia ſciũt ſe eſſe idiotas ⁊ inſufficientes ⁊ ni=
hilominus ſalariũ recipiũt ⁊.ꝑpter inſufficientiam ſuã cauſam
amittunt vnde in culpa ſunt.ff.ad.l. aquiliã.l.idem iuris.⁊.ff.
de officio preſidis.l.illicitas.§.ſicut.⁊ iſti.ad.l.aq̃liã.§. ipitia.
Undecimo peccant quia licet ipſi ſint ſufficientes alijs inſuffi
cientibus vices ſuas committunt vnde ⁊ ipſi tenẽtur arg. ff. de
preſcriptis verbis.l.apud labeonẽ.§.fi. niſi forte cliẽtulꝰ ſciẽs
contentus fuiſſet: quia inuito non poteſt hoc alij committere.
arg.ff.de ſoluc.l.inter artifices.et ſi eo neſcio hec fecit.debuit ſu-
ſpicari ipſum hoc non permiſſurum ſi ſciret.argu.ff.de fur.q̃ re
ſibi commodata.j.reſpon.ad finem.Satiſfaciant igitur aduo
cati illis quos predictis modis vel alijs leſerunt et per veram
penitentiam ſuo ſatiſfaciant creatori ſi nolunt apud inferos p=
petuo cruciari de peniten.di.vij. idcirco nec enim in die iudicij

Attẽde q̃ lit̃ aduo-cati debẽt ſatiſface=re de dictiſ peccatis.

habebunt aduocati de allegationis victoriam.i.de eloquentia
ſua ſubſidiũ.ix.q.iij.aliorum.⁊ hic iunge illud qꝺ notatur per
Hoſt.in ſumma.titu.de poſtulando.§.quid pertinet totum.
¶Uiceſimo fuit queſitum cui dꝫ confiteri iuriſconſultus: et dꝫ

xx. q̃ſtio.

confiteri illi preſbytero in cuius parrochia moratur.vt dictũ eſt
ſupra de doctore.et dicitur iuriſconſultus ille q̃ queſtiones ſibi
factas ſoluit ⁊ determinat per ius ⁊ nõ aduocat. ſed ſi ꝓponat̃
ſibi q̃ſtio de facto ipã ſoluit ſicut ſibi videt̃. ⁊ de iure reſpõdet.
⁊ iſti olim cõſtituebant̃ a pricipe inſti.de iure naturali.§.reſpõ
ſa prudẽtũ.hodie autẽ tales non inueniuntur ſed tñ illi qui cõ
ſiliũ dant cedendi vel litigandi q̃ ſi rectũ conſiliũ dant cõpetẽs
ſalariũ recipere poſſunt ẜm augu.xj.q.iij.nõ licet. ⁊ de iſtis idẽ
eſt dicẽdum ꝙ dictũ fuit ſupra in doctoribus ⁊ aduocatis.



(c) 2007 Ministerio de Cultura

xxj. qſtio ¶ Vicesimo pmo fuit qſitum cui debet confiteri pſbyter parrochialis τ dicendum est qꝺ dꝫ confiteri epo ſuo: vel illi cui ſubeſt ſpūaliter τ tēporaliter. vel pſbyteri ſibi ad iuicē cōfiteri poſſunt de licētia plati ſui. qꝺ tñ nō multū expedit ne cōſcij ſimiliū criminū ſibi adinuicē deferāt. argu. xvj. q. ij. ca. viſis. ibi humani moris eſt illū vereri cuiꝰ iudicio τ volūtate nūc erigimur: nūc deprimimur. Et ſic cōtigeret pniam euacuari/ τ groſſam fieri carnali fauore qꝺ eſt vitandū. de ſimo. c. nemo. Et multū puidendū eſt de pnia clericoꝝ τ maxime ſacerdotū qꝛ ſm ꝙ dt chryſo. de penitē. di. j. qs aliquando vidit clericū cito pniaꝫ agentē. Et ſi dephenſus humiliauerit ſe nō dolet qꝛ peccauit ſed confunditur qꝛ perdidit gloriaꝫ ſuā. Et licet iſti pſbyteri multa et grauia cōmittere nō formident: aliqua tamē ad memoriā reducamꝰ.

Primo peccant quia permittūt ſe indignos ad eccleſiaſticam militiam promoueri. xxiij. di. tales. τ. c. his igitur. de eta. τ qli. τ. c. cum ſit ars artium.

Secundo peccant quia quandoqꝫ pmouentur p ſymoniacam prauitatem: vnde celebrare non debent. de ſimo. c. tanta. τ. c. accuſatum. τ. j. q. j. quiſquis per pecuniam. τ. c. reperiuntur.

Tertio peccāt qꝛ nimis incōtinēter viuūt. xxviij. di. ſi diaconꝰ. de cohabita. cleri. τ muli. p totū. de cleri. ꝯiuga. c. iij.

Quarto peccāt qꝛ imiſcēt ſe ſpectaculis τ pōpis mulieꝝ: τ cōuiuijs publicis: τ vſuris: τ lucris turpibꝰ τ fraudibꝰ τ negotijs ſecularibꝰ τ officijs ſe imiſcēt: τ ſunt doloſi τ cōſpiratores τ ſectātes odiū et emulationes τ inuidiā: τ ſunt vagi oculis τ effreni lingua: ꝟgines τ viduas τ alias mulierculas frequētātes τ inobediētes τ ſeſe iactātes: τ doctrinā τ lectiones: τ pſalꝰos τ hymnos τ cātica fugiētes ſm ꝙ hec oia tāgit Iſido. xxiij. di. his igit.

Quinto peccant: qꝛ libentius dant ioculatori vel meretrici ꝙ̄ pauperi. lxxxvj. di. c. q̄ venatori. cū caplis ſequē. τ mlta alia vicia ſecularia inhoneſta eis interdicta. no. p hoſti. in ſumma. ti. ne clerici vel monachi. §. que ſunt ſecularia.

Sexto peccant: qꝛ ſuperioribus ſuis infideles ſunt τ inuident ei detrahunt de eis. xxiij. queſtio. v. prodeſt.

Septimo peccāt qꝛ vnꝰ ſubtrahit alij parrochianos ſuos tā viuos ꝙ̄ mortuos i quo grauiter delinquūt τ ad reſtitutionē tenent oim pceptoꝝ de parrochijs. ca. ij. τ. iij. et. ix. q. ij. p totuꝫ. de penitē. di. vj. placuit. τ de ſepul. c. ex pte. τ. ca. ſequēti. τ. c. in nra.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Octauo peccāt q multa vicia ſub ſpecie virtutis palliāt nā cū ſint auari volūt videri boni diſpenſatores. cū ſint crudeles volūt videri iuſticie zelatores: cum ſint remiſſi volūt videri ſubditis cōpatiētes. xlj. di. ſepe. ij. q. vij. his rūdeť. vij. q. j. §. hoc ita.
Nono peccāt q ſibi adiuicē iuidēt ꝛ detrahūt ꝛ ideo raptorib⁹ deteriores ſunt. Et etiā homicide. de penitē. di. j. ca. homicidiorū. vj. q. j. ca. ex merito. et ca. deteriores. et cap̄. ſumma iniqtas.
Decimo peccāt q fingūt ſe longi⁹ ire vt reuelēt odia ꝛ ſunt fallaces et incōſtantes: ꝛ multa v̄ba inhoneſta ꝛ illicita ꝓferētes cōtra ius. xxij. q. ij. nec artificioſo. ꝛ. c. oē genus. ꝛ. c. his autem.
Undecimo peccāt quia non vere penitenti teſtimonium ferūt vel vere penitentē accuſauit corrupti munere ꝛ mūdiali fauore: ꝙ eis ꝓhibetur. de ſimo. c. nemo.
Duodecimo peccāt/q cū parrochiana ꝓpria quā ad ꝯfeſſionē admittūt fornicanť in quo caſu eṗs quindecim annis p̄ſbyter duodecim penitere debꝫ: ꝛ ſi in conſciētia populi deuenerit deponi dꝫ: ꝛ in monaſteriū detrudi ad penitentiā peragendā. xxx. q. j. ca. non oportet. et ca. ſi quis. ꝛ. cap̄. omnis.
Tredecimo peccant in ſacrificijs. dum hoſtiam fractam offerūt vinum ſine aqua vel econtra ponentes plus de aqua ꝙ̄ de vino: ꝑuatis domib⁹ aut his in die ſine cauſa celebrantes: vel ſine lumine: vel in eccl̄ia violata: vel ſuper altari moto: vel enormiter fracto: vel in altari in quo eadeꝫ die celebrauit eṗs ſine licentia eṗi: et q nō cuſtodiūt criſma: nec cuſtodiūt eucharīſtiā ſicut debent: ꝛ nō mundant vel lauant veſtimenta vel vaſa eccleſiaſtica ſicut decet: vt hec probantur de celebrat. miſſa. cap̄. j. ꝛ. c. conſuluiſti. ꝛ. c. ex parte. et. c. ſane. ꝛ. c. te referente. ꝛ. c. pernicioſus. et de conſecra. eccleſie. c. j. ꝛ. c. lignis. ꝛ de cuſto. eucha. c. ij. et de ꝯſecra. di. j. et. c. j. et ca. ſicut non alij. ꝛ. c. ſufficit. ꝛ. c. veſtimenta. ꝛ. c. vaſa. vbi de iſtis omnibus inuenies plene.
Decimo quarto peccant q ſubuertunt populum in omni loco ponentes ſcandalum et iſti vertuntur in laqueum tortuoſum. ſm Ihiero. xxiiij. q. iij. transferunt principes.
¶ Uiceſimo ſc̄do queſitū fuit cui debet cōfiteri imperator: ꝛ dicendum eſt: ꝙ debet confiteri pape ꝛ non alij: q pape immediate ſubiacet ꝛ ab eo cōfirmatur ꝛ vngitur ꝛ coronať. de elec. c. venerabilem. §. j. alij vere dicunt ꝙ debet confiteri eṗo leodienſi. i cuius dioceſi eſt vbi coronať in regem ab archieṗo Colonienſi xxij. qō.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

et ibi eſt caput regni et ille locus eſt celebris ⁊ ibi conſueuerunt conſilia celebrari. xxvj. q. ij. c. ſi. Tertij debent ꝙ non poteſt cõfiteri cuicũꜯ voluerit dũ eſt ſanus: q2 legibꝰ non eſt ſubditꝰ: ſed ipſe eſt lex animata. xxiij. q. viij. cõuenior. x. d. c. j. C. de legibus digna vox. ſi autem infirmaret tũc confiteat illi epõ in cuiꝰ dioceſi iacet infirmus. ſed ſm hoſti. eſt dicendum: ꝙ imperator et imperatrix de cõſuetudine antiquiſſima cuius initij memoria nõ ſtat habẽt certos ꝓfeſſores prelatos qui ſunt magiſtri capelle ſue ⁊ ſub ipſis tenẽt alios capellanos quotidianos quibus confitentur ⁊ qui habent curam animarũ ſuarum de conſuetudine nõ reprobata per papã. ⁊ ideo illis debent confiteri. argu. c. cũ contingat de foro competen. et. c. ſup quibuſdã. §. preterea de verbo. ſignifica. tamen ſi papa vellet poſſet talem conſuetudinem reprobare ⁊ inhibere ꝙ ſine licentia ſua nõ eligeret cõfeſſorem ⁊ ꝙ hactenus factum eſſet mediocriter tolleraret. arg. de conſecra. eccl'ie vel altaris. ca. aqua. ergo tutior eſt ꝙ tales pro ſe et familia ſua impetrẽt a papa licentiam confeſſorẽ eligendi niſi alio ꝑuilegio ſint muniti: nã decretales de peni. ⁊ remiſſio. c. ſi. non videtur niſi de clericis intelligenda eſſe nec eſt putandum ꝙ papa per illam decretalem intellexerit imperatori licẽtiam dare vt patet ibi cum dicit ibi tex. prelatis q̃uis ratio que redditur in principio decretalis extendatur ad eum.

¶ Et imperator peccat primo quando non facit iuſticiã ꝓpter ꝙ veniunt tempeſtates in populum et flagitia. vt. xxiij. q. iiij. ſi quos violentos. ⁊. q. v. c. regũ. nã impator in nullo magis põt placere deo q̃ ſi iuſticiã faciat compeſcẽdo illos qui in ſuam et aliorũ perniciem deuacant. xxiiij. q. v. cap. quãuis.

Secundo peccat imperator impugnando ſanctã eccleſiã matrẽ ſuam quam tenetur defendere ⁊ tueri vnde quãdoꜯ deponitur propter hoc. de elect. ca. venerabilem.

Tertio peccat q2 diſtringit clericos ⁊ cogitat eos ĩ foro ſuo placitare. xj. q̃ſtio. iij. continua. ⁊. c. inolita. ⁊ cap. placuit.

Quarto peccat imperator q2 immiſcet ſe electionibus prelatorũ cõtra iura. xxiij. di. c. ſacrorũ. ⁊. c. ego ludouicꝰ. ⁊ de elect. c. ſacroſancta. ⁊. ca. quiſquis niſi hoc habeat de priuilegio ſpeciali dñi pape. ⁊ ſic intellige de iure patro. c. nobis fuit. §. j.

Quito peccat quia alios ex odio exheredat et eijcit ⁊ alios ex curia leuis opinionis ſublimat. xv. q. vij. in actione.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Sexto peccat quia ſine cauſa pedagia concedit. vel monetam mittat de quo dicendum eſt vt notatur per hoſti. de cenſib⁹. x. ex quibus. ꝙ ſi moneta. ⁊ ſequenti.
Septimo q² imperator vel principes relinquunt vxorem ſuã propria temeritate qui filij ſunt legitti. per venerabilem.
Octauo quia labitur in hereſim. xj. q. iij. cap. iulianus.
Nono q² non reueretur epis: ſʒ eos capit ⁊ mutillat ⁊ occidit. de maio. ⁊ obedien. cap. ſolite. de electi. venerabilem.
¶ Uiceſimo tertio fuit q̃ſitũ cui debʒ cõfiteri rex: ⁊ tenẽt aliqui ꝙ debet cõfiteri pape ſi nõ recognoſcit ſuperiorẽ. arg. q̃ filij ſunt legitti. c. ꝑ venerabilẽ. §. videat̃. x. inſup alioqn dʒ confiteri metropolitano. arg. iij. q. vj. ſcitote alij tenẽt ꝙ ſi ſanus eſt põt ꝯfiteri cuicũꝙ voluerit ſicut dictũ ẽ de impatore: ſed ſm̃ Hoſti. eſt dicendũ: ꝙ ſi hʒ domiciliũ ꝓpriũ ⁊ principale in aliq̃ ciuitate: illi epõ ſubeſt de iure cõi niſi ſecus obtineat de ꝯſuetudine cuius nõ ſtet memoria vel de ꝑuilegio ſpeciali vt dictũ fuit i impatore ⁊ ꝙ dictũ eſt de ꝯſuetudine ẽ dicẽdũ: ꝙ ipſe rex poſſet eligere quẽcũꝙ vellet. hoc nõ putat verũ hoſtiẽſis q² ꝯſuetudo hoc ſibi ꝯcedere nõ poſſet q² eẽt eccleſijs oneroſa ⁊ exinde cõtingeret diſrũpi neruũ eccl'iaſtice diſcipline cõtra iura de cõſuetu. c. j. ⁊ c. cũ inter. in fine. ⁊ cõtingerit ipm regẽ fieri acephalũ. ideſt ſine capite: qđ irrationabile eſſet. xciij. di. nulla rõne: ſed de pctis commiſſis i diuerſis locis videt̃ ꝙ poſſit ꝯfiteri cuilibet epo in cui⁹ dioceſi peccaret: tñ hoc ſic intelligendũ eſt vt ꝓprio ſacerdoti ſemel in anno oia confiteat̃ vel alij de licentia ſua in. c. ois vtriuſꝙ ſexus. de peni. ⁊ remiſſio. aliter nõ eſſet pnia integra. xxiij. qõ.
Primo peccãt reges trahẽdo clericos ad forũ ſuũ: vnde deponendi eſſent ꝓpria dignitate. xj. q. j. nullus: nã q̃ celeſtẽ militem pulſat eius forum ſequi debet. xj. q. j. clericũ. ⁊ c. ſequenti.
Scđo peccãt q² a clericis ⁊ eccleſijs ⁊ ꝑſonis eccleſiaſticis penſiones ⁊ ꝓcurationes ⁊ bãna extorquẽt cõtra iura ⁊ cõtra eccleſiaſticã libertatẽ ⁊ ideo tenent̃ ſoluere penã quiꝙ librax auri. xxv. q. ij. quicũꝙ igitur. in quo caſu actione iniuriarũ tenẽtur de iniurijs. ca. olim: nã plus eccleſia iuuat regnũ orationib⁹ ꝙ armigeri armis. vt. xxiij. q. v. c. ꝓdeſt ⁊ de hoc plene notat̃ per Hoſti. in ſumma. de imunita. eccl'iarũ. §. a quib⁹ muneribus. Attẽde i quo mul tũ eccl'ia adiuuat regnum.
Tertio peccãt: q² ducũt ſecũ ſacerdotes ad exercitum ꝯtra iura. xxiij. q. viij. q̃ auſu. ⁊ c. ſi qs eps. ⁊ c. reꝑhẽſibile. ꝙ intellige qñ

(c) 2007 Ministerio de Cultura

ſacerdotes vadunt vt pugnent:ſecus ſi ad dandum conſilium vadunt in bello iuſto.in.c.ex multa de voto.

Quarto peccant reges quia non faciunt iuſticiam vnde ſunt deponendi.xv.q.vj.alius.

Quinto peccant quia tallijs et exactionibus populum dei affligunt indebite ⁊ corporaliter iniuriantur de quibus tenentur deo reddere rationem.xxiij.q.iiij.c.ſi eccleſia.in fi.

Sexto peccant quia occupant alienas terras et nō ſunt contenti proprijs finibus.xxiiij.q.iij.transferūt principes. et tales nō ſaluantur etiam ſi bene adminiſtrent:niſi res alienas reſtituāt. ſcḋm augu.xiiij.q.v.c.nec enim.

Septimo peccāt qꝛ cū vnꝰ rex vni mulieri vix ſufficiat volunt tñ plures hꝫe ⁊ tenere ⁊ cognoſcere:ſicut equus emiſſariꝰ et mulus q̄bus non eſt intellectus in periculū anime ſue ⁊ ſcandalū plurimoꝝ quare excōicari et deponi deberent tales ſi incorrigibiles eſſent ſcḋm Nicolaum ⁊ Gregorium.xj.q.iij.precipue.

Octauo peccant ⁊ crimen ſacrilegij et crimen leſe maieſtatis cōmittunt.iudeis ſuper xp̄ianos:ſua officia concedendo.liiij.di. nulla.xvij.q.iiij.conſtituit.

Nono peccāt: in decimis et primicijs quas nō ſoluūt ad quas tamen ſoluendas tenentur.xvj.q.j.reuertimini.⁊.c.decime.de conſecra.di.v.quadrageſima.

Decimo peccant in augurijs.q̄ aliqui ſequuntur ⁊ in ipſis confidunt et in alijs ſortibus et ſupſtitionibus a vera fide deuiantes.xvj.q.v.augurijs.et.c.ep̄i.Et ideo ſine luce ſunt tales quia nihil melius ſplēdet i capite principis q̄ȝ recta fides.C.de ſumma trinitate.inter claras.xcvj.di.ſi.imperator.

xxiiij.qō. ¶ Viceſimo quarto fuit q̄ſitū cui dȝ cōfiteri dux:⁊ quidā dicūt: debet ꝯfiteri metropolitano ſi ipſum hȝ in ſuo ducatu:ſȝ ꝙ debȝ confiteri illi ep̄o in cuius dioceſi habet domicilium principale. Et breuiter idem dicendū eſt in duce quod dictum fuit in rege.

Primo peccant duces in tallijs ⁊ exactionibus indebitis.xiiij. q.v.non ſane.

Scḋo qꝛ faciunt cōſtitutiones immo potiꝰ deſtitutiones ſuas cōtra eccl'iaſticā libertatē de rebus eccl'ie.nō alie.c.cū laicis. propter ꝙ tā ipſi q̄ȝ ſcriptores ⁊ ſeruatores talium ꝯſtitutionū ſunt excōicati ip̄o iure ⁊ feudis q̄ tenent ab eccleſijs ſunt priuandi. de ſen.excō.c.nouerint.⁊.c.grauē.⁊ pn̄t feuda alijs potētioribꝰ

(c) 2007 Ministerio de Cultura

concedi q̄ eccleſiam defendant ⁊ ꝓ ipſa recognoſcāt. de feu. c. ij.
¶ Tertio peccāt qđ eſt cōmune quaſi oībus principibus mūdi qꝛ volunt habere capellas ſuas ⁊ capellanos ſine auctoritate epiſcopali ⁊ volūt ꝙ cappellani ſui habeāt curā animarū ſuarū ⁊ vxorū et familie ⁊ ꝙ oblationes eis factas vbicūqꝫ miſſas audiant ſuas faciant ⁊ imburſent qđ eſt contra iura niſi forſan ſup his ſint a ſede apoſtolica priuilegiati ſpecialiter multa alia committunt et q̄cquid de rege dictum et notatum eſt et imperatore ducibus ⁊ comitibus et ſimilibus poterit adaptari.
¶ Uiceſimo q̄nto fuit queſitū cui debet cōfiteri marchio: ⁊ breuiter idem dicendū eſt qđ dictū fuit in impatore et ducibꝰ ⁊ comitibus. et idē dicēdum eſt de procere ⁊ varone ⁊ de alijs dn̄is tēporalibus. ꝙ debēt confiteri ſacerdoti in cuius parrochia ꝓpriū ⁊ principale domiciliū habent: vel de licentia ipſiꝰ debent alij cōfiteri in. c. oīs vtriuſqꝫ ſexus. de peni. ⁊ remiſ. Et ſi ī diuerſis caſtris habent domiciliū et nō apparet ꝙ ſit principale videtur ꝙ poſſit ꝯfiteri cuilibet quādiu infra parrochiā ſuā morantur. ff. ad municipales. l. aſſumptio. §. penulti. de parrochi. c. fi. de foro. cōpe. c. ex pte. et ſic habebūt plurimos iudices ſpūales in quo poſſet cōmitti fraus ⁊ piculū. dicas igiť ꝙ vel in hoc caſu ꝯfiteanť oībꝰ cuilibet de licencia ep̄i ſui vel eligat ſibi vnū cōfeſſorē de licētia ep̄i ne cōtingat diuidi ꝯfeſſionē ꝙ fieri nō debꝫ de peni. di. iij. ca. ſicut plures. q̄d ſi caſtra vel domicilia ſint ī diuerſis epiſcopatibꝰ: tūc dicēdū eſt ꝙ ab utroqꝫ ep̄o eſt licētia impetranda. de ſenten. excō. cum illoꝝ. §. ſi vero clauſtralis. xxv. qō. ꝑctā militū ſunt ſex.
¶ Uiceſimo ſexto fuit queſitū: cui debꝫ cōfiteri miles ſimplex: et planum eſt ꝙ debet confiteri ſuo ſacerdoti parrochiali vľ alij de eiꝰ licentia in p̄dicto. c. oīs vtriuſqꝫ ſexus: ⁊ iſti milites ⁊ alij dn̄i temporales peccant in cōcuſſionibus: et in rapinis: ⁊ in talijs iniuſtis: ⁊ in bellis ⁊ ſpolijs ſubditoꝝ: et qꝛ nō ſunt contēti milites ſuis ſtipēdijs ſꝫ cōcutiūt ſubditos ī diuerſis grauaminibus: contra ſententiam Joannis baptiſte dicētis: neminem concutiatis nec calūniam faciatis. ſed eſtote contenti ſtipēdijs veſtris. xxiij. q. j. c. militare. in fine. lxxxvj. di. c. nō ſatis in fine: et breuiter idem dicēdum eſt in militibꝰ et alijs dn̄is tpalibus: quod dictum fuit in imperatore et in ducibus et comitibus. xxvj. qō.
¶ Uiceſimo ſeptimo fuit q̄ſitum: cui debet confiteri mercator ⁊ certū eſt ꝙ debet confiteri ſuo p̄ſbytero parrochiali in cuiꝰ par- xxvij. qō

(c) 2007 Ministerio de Cultura

rochia moratur vel de licēcia ipſius alij. vt in predicto ca. oīs vtriuſq; ſexus. Peccant autem mercatores ⁊ mercenarij in decimis principalibus quas non ſoluūt ⁊ quas ſoluere tenent: ⁊ in predialibus decimis. xxxij. di. ca. preter hec de decimis. ca. paſtoralis. ⁊. cap̄. tua nos. ⁊. xvj. q. j. cap̄. decime.

¶ Scḋo peccant mercatores q2 ſub ſpecie liberalitatis ⁊ pietatis vſurā palliant vendēdo ad certū terminū vltra q̄ debēt. de vſu. ca. conſuluit. Et de hoc dicendum eſt. vt notatur plene per hoſti. in ſumma. de vſu. §. qualiter contractus.

¶ Tertio peccant mercatores in contractibus q2 inter vendentes ⁊ ementes difficille eſt non interuenire peccatū. de peniten. diſtin. v. qualitas lucri.

¶ Quarto peccant vendendo peregrinis et tranſeuntibus carius q̄ vicinis. de emptione ⁊ vendi. cap̄. j.

¶ Quinto peccant in falſis ponderibus ⁊ mēſuris. de emptio. ⁊ vendi. c. vt menſure.

¶ Sexto peccant in mendacijs ⁊ periurijs infinitis q̄ cōmittūt quādoq; anteq̄ vendant ſex nūmatas mercimoniorū ſuorum nam iurant ⁊ affirmant q2 melior non reperietur et iurāt p deū non habebitis pro minori precio. ⁊ etiā iurant q2 tātum ſibi cōſtitit: et pro tanto cōprauit ⁊ in tanta quantitate in qua vendidit emit: ⁊ in omnibus mentiuntur: ⁊ ſic plerūq; accidit q2 p lucro vnus oboli cōmittūt tria, vel quatuor peccata mortalia magna. xxij. q. ij. ca. j. ⁊. c. omne genus. ⁊. q. v. iurati.

¶ Septimo peccāt non ſeruando fidem datā nec iuramentū p̄ſtitum in ſocietatibus vnde nec eſt eis fides ſeruanda. de iureiuran. c. iij. ⁊. c. ſicut in fine.

¶ Octauo peccant non ſoluendo ad terminū ſicut iurauerūt niſi iuſta cauſa ipſos excuſet. de pigno. c. ſignificante.

¶ Nono peccāt trāſferēdo ſe ad regiōes remotas vbi cū diuerſis et alienis vxoribus adulteriū cōmittūt ⁊ ſuis cām adulterij preſtāt. de ſpōſa. c. in p̄ſentia. lxxx. di. c. amputatis. Sunt ⁊ alia infinita q̄ qlibet diligens poterit p ſe notare. ſed hoc notādum eſt ad terrorem mercatorū falſo⁊ q2 in morte de toto labore ſuo nihil ſecū afferent niſi ſtercus et peccatū vt dicit Chryſo. in palea eijciens ⁊ in palea conſequens. lxxxviij. di.

xxviij. q. ¶ Uiceſimo octauo fuit q̄ſitū cui debēt cōfiteri ruſtici. ⁊ dicēdū eſt q2 debēt cōfiteri ſuo p̄sbytero parrochiali vel alij de ipi9 licē=

(c) 2007 Ministerio de Cultura

tia: vt in predicto. ca. ois vtriuſq; ſexus. Peccãt autẽ ruſtici in decimis predialib⁹ ⁊ pſonalibus quas nõ ſoluũt: ⁊ ſi ſoluũt di minuũt deducẽdo de fructib⁹ expẽſas ⁊ ſalaria colonoꝝ: ⁊ al's fraudes faciẽdo. ð dec. c. cũ hoies. ð hortona. ⁊. c. cũ nõ ſit i hoie
¶ Scdo peccãt ruſtici diuites nõ ſubueniẽdo paupib⁹ cum cui libꝫ fame moriẽti debeat ſubueniri. lxxxvj. di. paſce. ⁊. c. nõ ſatſ.
¶ Tertio peccãt ſubtrahẽdo iura dominoꝝ et cũ eis placitando et vexando eos laboribus et expenſis ⁊ aliquoties alijs potentioribus dando vt ipſos contra veros dominos protegant in quo caſu debitũ eis non remittitur ſed augetur: de iureiurã. ca. ea te. de decimis. tua nos.
¶ Quarto peccant in feſtis que non ſeruant ſed frangũt ⁊ violant cum in feſtis nullum mercatum ⁊ nullum opus ſeruile ſit faciendum. de ferijs. c. j. ⁊. c. fi.
¶ Quito peccãt in homicidijs ⁊ piurijs ⁊ falſis teſtimonijs et fornicationib⁹ ⁊ alijs pncipalib⁹ ⁊ cõib⁹ vicijs iiurijs ⁊ dãnis vicinis datis p ipos. de iiurijs. ſi rixati. ⁊. c. ſi leſerit. ⁊. c. ſi egreſſus. ⁊. c. ſi culpa. Jo. do. et qd peius ẽ paſtores mẽtientes pecudes ⁊ pecora mortua ex infirmitate vel lupoꝝ rapia: vl' alio caſu ea furant ⁊ vẽdũt: ⁊ ſigna q̃ hñt ſubtrahũt ⁊ ſuo ſigno ſignãt et in ꝓprios vſus cõuertũt. Et qd peſſimũ ẽ cũ aialib⁹ ꝯtra naturã coeũt: q̃ oia ꝯfeſſor dꝫ eis manifeſtare vt eos lucret Ja. do.
¶ Uiceſimo nono fuit q̃ſitũ cui debẽt ꝯfiteri pueri. Et dicendũ eſt ꝙ debẽt cõfiteri ſuo ꝓprio ſacerdoti: ex quo diſcretionẽ hñt. vt in pdicto. c. ois vtriuſq; ſex⁹. Peccãt aũt pueri in crimine ſacrilegij ⁊ tunc ſunt ab epiſcopo abſoluẽdi. de ſentẽ. excõica. c. ſi. xxix. qõ.
¶ Scdo peccãt nõ recognoſcẽdo deo bõa fortune gr̃e ⁊ nature.
¶ Tertio peccant calumniando.
¶ Quarto peccant adulterando.
¶ Quito fornicãdo nã hec etas aliquãdo talia ãticipat. ð ſpõ. impube. c. puberes. ⁊. c. de illis. ⁊ hoc intelligẽdũ eſt de dolicapace. Et intelligit eſſe dolicapax quãdo ꝓxim⁹ eſt pubertati. Jo. do. Et qñ dicit ꝓximus pubertati quo ad matrimoniũ cõtrahendũ quãdo femina diſtat a. vij. anno minus q̃ꝫ p ſex menſes. Et maſculus a. xiiij. anno minus q̃ꝫ p ſex mẽſes. vt in. c. cõtinebatur iuncta glo. de ſpõ. impu. ⁊ quo ad delicta ⁊ alia dicit ꝓxim⁹ pubertati qui eſt maior decimo anno ⁊ dimidio: ita ꝙ appropiquat magis. xiiij. q̃ꝫ ſeptenio, ⁊ ideĩ. xij. ãno i femina

(c) 2007 Ministerio de Cultura

que appropiquat magis.xij.q̃ ſeptenio. vt i.c. de delictis pue=
rorum. et ibi doctores Jacobus doctor. Uel dicendũ eſt ꝙ hoc
per exteriora bonus vir eſtimabit. de ꝓſumptio. cap. ex ſtudijs
Si vero non ſunt doli capaces tales non tenentur confiteri: et
ideo nõ eſt curandũ cui confiteãtur: nã tales qui non ſunt doli
capaces furioſis cõparantur quia eorũ etas neſcit q̃d videat.
C. de falſa moneta. l. j. ad finem ⁊ in. §. tria. iij. q. vij.

xxx. qõ. ¶ Tricesimo fuit q̃ſitũ cui debent cõfiteri ruſtici in alienis par
rochijs hiemãtes vel eſtiuãtes. vel illi q̃ ſe transferũt ad alias
ꝓuincias non animo remanendi ibi: ſ; forte ſe obſeq̃o aliquo=
rũ magnatuũ vel dominoꝝ deputãtes. Et certũ ꝙ tales ſi laici
ſunt poſſunt ſe trãſferre quo volũt dũ tamẽ ſint liberi. Et ſi ibi
ſe transferẽt animo remanẽdi ibi ꝑpetuo: facti eſſent parrochia
ni illoꝝ in quorum dioceſibus vel parrochijs morãtur: de par
rochijs cap. finali. alias aũt dicendum eſt ꝙ ſi tales nõ intẽdũt
relinquere domiciliũ antiquũ/debent confiteri antiquo ſacer=
doti ſeu p̃ſbytero vel de licentia ipſi⁹ alij ⁊ nõ aliter cõfiteri de=
bent. Eſt ergo bonũ conſilium ꝙ talis a iudice ſuo ſpirituali li
centiã obtineat vel ſaltẽ confiteatur ſub ſpe q̃d prius ſacerdos
ratũ habebit. Et ſi fuerint mercenarij vel ſeruiẽtes aliquorum
poſſunt cõfiteri illi preſbytero, in cuius parrochia habitant. vt
notat gloſa in clemẽ. religioſi. de priuilegijs.

xxxi. qõ. ¶ Tricesimo p̃mo fuit q̃ſitũ cui debẽt cõfiteri familiares epiſco
pi vel archiep̃i vel alioꝝ. Et dicẽdũ eſt: ꝙ ſi iſti familiares ſunt
de aliena dioceſi: idẽ videt̃ dicendũ ꝙ in familia alteri⁹ princi
pis laici. Si v̾o ſint de illa dioceſi ꝓpria: tunc ꝯfiteri debẽt p̃ſby
tero parrochiali in cuius parrochia habitant. Circa familiam
ep̃i vel archiepiſcopi dicendũ ꝙ ſi familiares ep̃i vel archiepi=
ſcopi ſunt coniugati et habitant ſeparatim ab ep̃o vel archiepi
ſcopo in alijs parrochijs debet ſeruari. cap. Omis vtriuſq; ſexus
ꝙ quilibet confiteatur ſuo ſacerdoti in cuius parrochia morat̃
et ab eo recipiat ſacramenta. Si v̾o familiares epiſcopi vel ar
chiepiſcopi morantur in domo epiſcopi vel archiep̃i q; habẽt
domum iuxta eccleſiam cathedralem debent confiteri illi q̃ ha
bet vices epiſcopi vel archiepiſcopi ĩ illa parrochia eccleſie ca=
thedralis quia de illa parrochia ſunt. in. ca. rogationes de cõ=
ſecra. diſtin. iij. ⁊ ab illo debent recipere eccl'iaſtica ſacramenta:
vt in p̃dicto. cap. omnis vtriuſq; de peni. ⁊ remiſſio.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

¶ Et quia queſtiones ſequentes congruentius adaptantur ad iſtam ſecūdam partem huius tractatus ſcilicet de actibus penitentium ideo eas hic infero: et prima eſt.

PRima: qualiter debet ſe abſtinere penitens poſt cōfeſſionem ⁊ poſt aſſumptionē corporis xpi: et quāto tempore. Jo. doctor. Circa qđ dicendū eſt ꝙ ⁊ ante iſta a ꝓpria vxore. ſ. v. vel. iiij. vel. vj. vel. iij. diebus. vt in. ca. et ſi nō frequētius. et in ca. oīs homo. de pe. di. vij. Ja. doctor. Et ſic q̄ aſſumpſerit corpus xpi non debet ſtatim alios cibos manducare: nam ſi mane dñica aſſumpſerit corpꝰ dñi vſq̄ ad. vj. ieiunandū eſt. Si vero hora. iij. vel. iiij. aſſumpſerit vſq̄ ad veſperū ieiunabit. vt eſt tex. in. c. tribꝰ gradibꝰ. de cōſe. di. ij. §. tāta in altario. et dicendū eſt ꝙ hoc potiꝰ eſt de cōſilio q̄ꝫ de ꝑcepto vt in dicto. c. tribꝰ gra.

An penitētes ſint de foro eccleſie.

¶ Scđa q̄ſtio eſt: an penitētes ſint de foro eccl'ie. et dicendū ē ꝙ penitētes ſunt de foro eccl'ie et ſub eccl'iaſtica regula debēt viuere: et ita eis ꝑ confeſſorem declarari debet. xj. q. j. c. aliud.

Attende q̄t ſūt genera mēdaciorū.

¶ Tertia q̄ſtio eſt: ꝙ octo ſunt genera mendaciorū et quantum peccat q̄s ī quolibet genere illoꝝ: ex quo etiā patet q̄ penitētia pro quolibet mendatio imponēda eſt. xxij. q. ij. ca. primum.

Attende differētiā int' clericū ⁊ laicū ꝯcupiſcētē mulierem.

¶ Quarta queſtio de differentia inter clericū ⁊ laicum cōcupiſcentem mulierem. et q̄ et quanta culpa eſt clerico vel laico mulierem appetentem ad fornicandum: et per cōſequens que penitentia imponatur. xxxij. q. v. c. qui viderit.

Attēde ꝙ iſta pctā ſcꝫ adul. forni. inceſt. pctm̄ cōtra natu. vnum ſit grauiꝰ alio.

¶ Quinta q̄ſtio eſt qualiter peccatū adulterij eſt grauius fornicatione: et inceſtus eſt grauior adulterio. et peccatū cōtra naturā eſt grauius omnibus ſupradictis: ⁊ ꝙ imponatur grauiꝰ penitentia pro fornicatione: grauior pro inceſtu: ⁊ grauior omnibus pro peccato contra naturā. xxxij. q. vij. c. adulterij malū: et ſpecialiter de grauitate peccati cōtra naturā et de pena. ea. q. ca. flagicia. et ca. vſus naturalis. Jo. doctor. et ī ca. clerici. de exceſ. prela. et in auct. vt non luxurientur homines contra naturam. et in. j. ti. de ſodomitis. foro legum. Jacobus doctor.

Attende an excu=

¶ Sexta queſtio eſt: an excuſetur a peccato qui auctoritate iuris ciuilis interficit vxorē et q̄ penitentia debet imponi interficienti ꝓpriā vxorē qđ habetur. xxxiij. q. ij. c. interfectores. ⁊. c. īter hec. vbi eſt notabilis glo. ꝙ nō excuſat a peccato qui aucto=



(c) 2007 Ministerio de Cultura

sec͞ a pctō q̃ auctoritate iuris ciuilis interficit vxorem.

ritate iuris ciuilis interficit nisi approbetur a canone. vt est iudex iuste occidens. in. c. quicunq̧. ꝛ. c. admonere. ea. q.

Attēde q̄ sūt homicide.

¶ Septima questio est qui sunt homicide: ꝛ dicendū est ꝙ non solum sunt homicide qui manibus hominem occidunt: sꝫ etiā illi quorum consilio et fraude homines occiduntur: ꝛ ideo talibus vt homicidijs penitentia imponi debet. de peni. di. j. c. periculose: cum quinq̧ capitulis sequentibus.

Attende modū agendi penitentiā.

¶ Octaua questio est de modo agendi penitentiam: ꝛ dicendū est ꝙ penitens debet voluntariam penam accipere et petere q̄d sibi dura et aspera penitentia imponatur. de peniten. distin. j. c. porro. et ibi notat archidi.

Attende q̄d dꝫ agere bonus penitens.

¶ Nona q̄o est: q̄d debet agere bonus penitens: ꝛ dicendū ē ꝙ debꝫ se affligere ꝛ somno minus indulgere q̄ꝫ natura postulat: ꝛ dꝫ interpellere gemitibus et interrūpere suspirijs ꝛ secrestari orationibus: ꝛ ita viuere vt huic vitali vsui moriat᷑. de peni. di. j. c. sunt qui arbitrant᷑ ꝛ ꝙ nō sufficit penitenti mores in melius cōmutare ꝛ a p̄teritis malis recedere nisi etiā de his que facta sunt satisfaciat dn̄o per penitentie lamenta vel dolorē/ ꝛ per humilitatis gemitū ꝑ cōtriti cordis sacrificiū cooperantibus eleemosynis ꝛ ieiunijs. ea. di. c. nō sufficit mores. Et qualiter penitens debet pctā sua eleemosynis redimere ꝛ iniq̄tates i misericordijs pauperū ut deus ignoscat delictis suis. ea. di. c. quā ob rē. Et ꝙ medicina misericordie tollit pctā magna: ꝛ ꝙ medicamentū fortius q̄d maxime operat᷑ in penitentia est eleemosyna ea. di. c. medicina. ꝛ. c. medicamentum.

Attende q̄d ꝓdest dolor in penitēte.

¶ X. questio est de dolore penitentis. ꝛ dicendum est ꝙ in actione penitentie non tam consideranda est mensura temporis q̄ꝫ doloris. ea. di. c. in actione. ꝛ. c. mensuram.

Attende q̄d ꝓsunt lachrime penitētis

¶ Xj. q̄stio est de lachrymis penitētis: ꝛ dicēdū ē ꝙ lachryme lauāt delictū: ꝛ ꝙ si penitēs nūc recordat᷑ pctōꝝ suoꝝ ꝛ frequēter illa in ꝯspectu dei ꝓnunciet ꝛ ꝑ eis clementiā eius depcetur citius illa delebit. Sed si nūc obliuiscat᷑ peccatoꝝ suoꝝ: tunc eoꝝ recordabit᷑ nolēs q̄n i toto mūdo publicabunt᷑: ꝛ i cōspectu oīm amicoꝝ ꝛ inimicoꝝ suorū ꝛ sanctorū āgeloꝝ celestiūq̧ virtutū ꝓferēt᷑ ꝛ publicabūt᷑. ea. di. c. lachryme. ꝛ. c. nūc aūt si recorderis.

Attende cōsiliū penitentis.

¶ Xij. questio est optimū consilium cuiuslibet penitentis / et est rectū ꝛ salubre ꝙ quilibet penitēs confiteat᷑ pluribus ꝛ pluries pctā sua: q2 quāto pluribꝰ ꝛ pluries ꝯfitebit᷑ in spe venie turpi=

(c) 2007 Ministerio de Cultura

tudinem criminis tãto facilꝰ ꝯſeqtur veniã remiſſionis.ea.di.c.quẽ penitet.circa mediũ: ⁊ quo ſpũſſctũs ad tẽpus manet ⁊ in penitẽtibus ad tẽpus recedit.de peni.di.iij.c.querendum.

¶ Xiij.questio eſt quõ pctm̃ tribus modis cõmittit̃.ſ.ſuggeſtione:delectatione:cõſenſu.ea.di.c.tribꝰ.⁊.c.ſciẽdũ.⁊ in ꝑalle.c.ſicut tribꝰ.notat archi.qꝺ iſta tria ſunt pctã moꝛtalia.ſ.cõſenſus: opus exteriꝰ/⁊ cõſuetudo illiꝰ operis: ſed primꝰ motus ſemꝑ eſt peccatũ veniale: ⁊ etiã delectatio eſt veniale pctm̃ niſi quando diu ꝑſeuerat: ⁊ eſt ad moꝛtalem actũ: nam tunc eſt moꝛtale peccatum: ⁊ ex iſtis inſtruetur confeſſoꝛ ad cognoſcendum predicta peccata ⁊ quam penitentiam pꝛo eis imponat.

Attende q̃uo peccatum tribus modis committitur.

¶ Xiiij.questio eſt qualiter cognoſcitur q̃s eſt vere penitens: ⁊ dicendum eſt ꝙ vere penitens eſt qui pꝛeterita mala plangit: ⁊ plangenda iterum non committit.i.pꝛopoſitum non committendi habet: ⁊ ideo peccatoꝛ qui a malis ſic mentem reuocat vt cõmiſſa plangat: ⁊ pꝛopoſitũ non committendi de cetero habeat: nec ſatiſfacere negligat vere penitet: lꝫ poſtea foꝛte caſu vel infirmitate peccet non ex pꝛopoſito.ea.di.§.ſed verba cum glo.ij.ibi poſita quod eſt valde notandum ad cognoſcendum quis eſt vere penitens pꝛo declaratione indulgentiarum q̃ cõceduntur ſolum vere penitentibus et confeſſis.vt in cle.ſi dñm de reli.⁊ vene.ſcõ.in fi.cum glo.ibi poſita.

Attẽde q̃lit̃ cognoſcit̃ q̃s eſt vere penitens.

¶ Xv.questio eſt de modo eligendi cõfeſſoꝛem ⁊ ꝙ penitens ſit in vnitate eccl'ie.⁊ dicendũ eſt ꝙ pꝛincipalis regula in hac materia eſt ꝙ qui vult cõfiteri peccata ſua vt iueniat gr̃am: querat bonũ cõfeſſoꝛẽ ſcientẽ ligare ⁊ ſoluere: ⁊ ſacerdoti melioꝛi q̃ꝫ poteſt cõfiteat̃. Et ſuꝑ oĩa laboꝛet penitẽs in eccl'ia eſſe ⁊ ad eccl'ie vnitatẽ tẽdere: nã niſi vnitas eccl'ie ſuccurrat niſi ꝙ deeſt pctõꝛi ſua oꝑatione compleat de manibꝰ inimici nõ eripiet̃ aĩa moꝛtui: nã credẽdũ ẽ ꝙ oẽs eleemoſyne totiꝰ eccl'ie ⁊ oꝛões: ⁊ oꝑa iuſticie ⁊ mĩe ſuccurrãt recognoſcẽti moꝛtẽ ſuã ad ꝯuerſionem: ideo nullꝰ põt penitere quẽ nõ ſuſtinet vnitas eccl'ie: ⁊ ideo nõ peccãt ſacerdotes ꝑ aliquã culpam ab vnitate eccl'ie diuiſos: vt in.c.j.de penitẽ.di.vj. Quilibet pctõꝛ tẽpoꝛe cõpetenti agat penitentiã nõ expectet tẽpus quãdo peccare non põt: nã opoꝛtet vt vera penitẽtia fructificet vt vitã moꝛtuo impetret ꝙ ex charitate fiat.nam ſcriptum eſt neminem ſine charitate ſaluum eſſe.

Attende modũ eligẽdi ꝯfeſſoꝛẽ et ꝙ penitens ſit i vnitate eccl'ie.

Attẽde q̃lis ⁊ quãtus eſt ignis purgatoꝛij.

¶ Xvj.qõ eſt q̃lis ⁊ q̃ntꝰ ẽ ignis purgatoꝛij.⁊ dicẽdũ ẽ ꝙ ignis



(c) 2007 Ministerio de Cultura

purgatorij licet etern⁹ nō ſit: miro tñ modo grauis eſt: nā excel
lit oēm penā quā nūq̄ aliqs paſſus eſt in hac vita: nunq̄ i car
ne tāta iuēta ē pena licʒ mirabilia martyres paſſi ſunt tormēta.
⁊ cū his debʒ ꝯfeſſor penitētes ſemꝑ terrere: ⁊ ꝑ iſta ipos ad agē
dā verā pniaʒ inclinare. vt i. c. null⁹ expectet. de penitē. di. vij.

¶ Xvij. qō ē: q̄liter dʒ ſe hr̄e penitēs i vita ſua poſt pactā pniaʒ.
⁊ dicendū ꝙ q̄libet pctōr feruētiſſime laborare dʒ vt verā pniaʒ
agat ⁊ poſt pniaʒ actā bene viuat: nā q̄ egerit veracit̄ pniam et
ſolut⁹ fuerit a ligamēto quo erat aſtrict⁹ ⁊ a xp̄i corpore ſepara
tus: et bene poſt pniam vixerit ſicut ante pniam viuere debuit
poſt recōciliationē qñcunq̄ defunct⁹ fuerit ad deū vadit: ad re
quiē vadit: regno dei nō priuabit̄. vt i. c. q̄. egerit. de peni. di. vij.

¶ Xviij. qō eſt: an votū mulieris abſq̄ aſſenſu mariti emiſſum
ſit adiplēdū ⁊ dicendū eſt ꝙ non pōt mulier ꝓpter agēdā pniaʒ
ꝯtinētiā vouere: nec obſeruare nec alia vota abſtinētie emitte=
re: nec iplere ſine ꝯſenſu mariti ſui. ⁊ qualiter q̄libet mulier dʒ
eſſe ſubiecta dn̄io viri ſui. xxxiij. q. v. c. j. cū q̄nq̄ capl'is ſequē. et
c. manifeſtū. cū. vij. capl'is ſequē. vſq̄ ad fi. cauſe ⁊ q̄ſti.

¶ Xix. qō eſt: quot ſunt coniugia legitima et hoc habet̄. xxxvj.
q. ij. c. tria legitima.

¶ Xx. qō eſt: vſq̄ ad quā horā diei penitētes: ⁊ alij ieiunare de=
bēt i quadrageſima qd habet̄ ea. di. ſ. de ꝯſe. di. j. c. ſolēt plures.

¶ Xxj. q. eſt q̄bus vicibus in anno ſit cōicandū ⁊ dicēdum ꝙ ſa
cerdos vel confeſſor debet dare cōſiliū cuilibet penitenti ꝙ ſi po
teſt digne facere ter in anno cōmunicet. ſ. in paſcha: pēthecoſte:
et natale dn̄i: ⁊ ꝙ ante ſacram cōionē a ꝓpria vxore abſtineat.
vj. aut. v. aut. iiij. aut tribus dieb⁹. ea. di. c. ⁊ ſi non frequenti⁹. ⁊
c. omnis hō. q̄ exiſtens in pctō mortali cōmunionē eucbariſtie
accipit/ mortaliter peccat. in. c. qui ſcelerate. ⁊ in. c. timorem. ea.
di. et iura que dicunt maritū debere abſtinere a ꝓpria vxore tri
bus diebus ad minus ante cōmunionem de conſilio loquūtur
non de precepto in. c. oīs homo iam allega. de ꝯſe. di. j.

¶ Xxij. qō eſt a quo tēpore incipit ieiuniū penitentis vl' alteri⁹
in. iiij. ⁊. vj. feria. ⁊ dicendum eſt ꝙ ieiunantes in. iiij. ⁊. vj. feria
⁊ alijs ieiunijs a fine cene noctis precedentis que cena debʒ fie
ri ante mediam noctem. per. c. deniq̄. iiij. di. vſq̄ ad diluculum
diei ſequētis ieiunare debēt: ⁊ ita dʒ ꝯfeſſor mandare: ⁊ ꝯtrariū
faciētibus pniam imponere: vt habet̄ ea. di. c. de eſu carnium.

Attende optimū ⁊ ꝯſiliū pro penitentib⁹ qd eis debēt dare ꝯfeſſo= res.

Attēde q̄liter dʒ ſe hr̄e peni= tēs i vita ſua poſt pactā pn̄iā

Attende an votuʒ mlier' abſq̄ aſſēſu mariti e= miſſuʒ ſit adiplen= dum.

Attēde ꝙ ſunt cōiugia legiti ma.

Attende vſq̄ ad quā horā ē ieiunā= dū in. xl.

Attēde q̄ b⁹ vicib⁹ i āno ē cōi canduʒ.

Attēde a q̄ tpe inci pit ieiu=

(c) 2007 Ministerio de Cultura

¶ xxiij. queſtio eſt: in quo tempore penitens debet indulgentiam vel remiſſionem accipere: ⁊ dicendum eſt ꝙ in. v. feria vltime hebdomade quadrageſime debent remiſſionē accipere. vt habetur in. c. de penitentibus. ea. di.

¶ xxiiij. queſtio eſt: an canones dicentes maritū debere abſtinere ab vxore in diebus feſtiuis ⁊ diebus ieiuniorū: loquantur de conſilio ⁊ dicendum eſt ꝙ loquuntur de cōſilio non de ꝑcepto. in. c. xp̄iano. xxxij. q. iiij. cū gloſis ſumme. nā confeſſor debꝫ dare conſilium cuilibet penitenti ꝙ in die natalis domini ⁊ in reliquis feſtiuitatibus ⁊ in diebus proceſſionis ⁊ in diebus ieiuniorum a propria vxore abſtineat. xxxij. q. iiij. c. j. cū quinqꝫ capitulis ſequentibus.

niū. l. iiij. ⁊. vj. fer. Attende ꝙ tp̄e penitēs dꝫ idulgentiam accipere. Attende an canones dicentes marit tū debere abſtinere ab vxore i dieb⁹ feſtiuis ⁊c. loquūt̄ d̄ conſilio.

## ¶ Sequitur tertia pars huius

tractatus de qua premiſſum eſt. ſ. de actibus confeſſorum. que tertia pars diuidit̄ in duas partes. Nā in prima ponitur exordium. In ſecūda ponitur caſus paragraphi: cum aliquali materia et declaratione textus: in qua materia includuntur queſtiones ſequentes.

¶ Prima qualis debet eſſe ſacerdos cui debet fieri ꝯfeſſio.
Scd̄a qō: qb⁹ ꝯfeſſorib⁹ ē data poteſtas ligādi ⁊ ſoluendi.
Tertia queſtio: an quilibet ſacerdos habeat poteſtatem ligandi ⁊ ſoluendi.
Quarta q̄d vel quātū dimittit ſacerdos de pena pctōrum
Quinta: q̄ pſone habeant poteſtatē audiendi cōfeſſiones.
Sexta qui dicūtur habere curam animarum.
Septima q̄ſtio eſt: q̄d ſit cura
Octaua q̄ſtio: de religioſis p̄dicatorib⁹ ⁊ minoribus ⁊ an poſſit quis eis confiteri ſine licentia proprij ſacerdotis.
Nona: q̄ dicantur ꝓprij ⁊ ordinarij confeſſores.
X. in quibus caſibus pōt quis audire confeſſionē parrochiani alteri⁹ qui ſunt. viij.
Xj. quis dicatur propri⁹ ſacerdos ſcolariū mercēnariorū et ſtipendiariorum ⁊ ſimilium.
Xij. q. eſt nunq̄d ſacerdos parrochialis extra territoriū parrochie ſibi cōmiſſe poſſit audire confeſſiones.
Xiij. qō eſt quorū peccatorum abſolutio eſt iterdicta preſby=



(c) 2007 Ministerio de Cultura

teris et ſacerdotibus.
xiiij.q.ſunt caſus ſpecialiter pape reſeruati quo ad penitentiam ⁊ ſunt.xvij.
xv.an ep̄s vel ali⁹ ſacerdos poſſit remittere vel mutare penitentiam iniunctam a papa.
xvj.q̄ ſūt caſus ep̄o reſeruati.
xvij.an ſacerdos pōt iniūgere penitentiam publicam.
xviij.a quo ſit imponēda ſolennis penitentia.
xix.quibus ſunt cōfitēda notoria crimina.
xx. an ſimplex ſacerdos pōt imponere penitentiā ſolēnē.
xxj.q.per quē eſt fienda prima deiectio vel finalis introductio et medie ſolenniter penitentis.
xxij. an iſtas deiectiones vel introductiones ſolenniter penitentis ep̄s poſſit committere ſimplici ſacerdoti.
xxiij.per quem poteſt imponi publica penitentia.
xxiiij.qui caſus ſpecialiter reſeruati ſunt epiſcopo.
xxv.an ſacerdos cui ep̄s committit vices ſuas poſſit alteri committere quo ad confeſſiones audiendas.
xxvj.an preſbyter parrochialis vel ſacerdos cui ep̄s cōmiſerit vices ſuas poſſit ab oib⁹ pctis abſoluere vel teneat̄ de neceſſitate de aliq̄bus peccatis ad ep̄m remittere.
xxvij.an ſacerdos de neceſſitate teneat̄ ſeq̄ canones pniales vel an libere nō curando de ipſis poſſit imponere penitentiam arbitriam.
xxviij.qō an ſacerdos poſſit facere gratiam circa reſtitutionem male acquiſitorum.
xxix.an ſit neceſſarium ſcire canones penitentiales.
xxx. quomodo ſacerdos errat in facto vel iure diuino.
xxxj.q̄modo itelligit̄ illa auctoritas q̄ocunq̄ liga uerſ ⁊c.
xxxij.de plurib⁹ ↄſilijs exhortationib⁹ auiſatiōib⁹ cōfeſſorum erga penitentes.
xxxiij.de nouem actibus per ordinem fiendis per quemlibet ſacerdotem.

## ¶ Incipit prima pars huius tertie partis.

Solertiſſimi patres ⁊ ſagaciſſimi dn̄i:qꝛ de re magna ⁊ ardua non ꝑ ꝑticulas:ſed integre ⁊ perfecte tractādū eſt:qꝛ ſicut anime hominū precioſiores ſunt cūctis rebus: vt dicit tex. in.c.precipimus.xij.q.j. ſic penitētia que ipſas animas terreno pctōrum puluere ſordidatas purgat ⁊ purgatas celoꝝ gaudia eleuat:eſt ꝓcioſiſſima res ⁊ cum magno ſtudio quo ad oēs

(c) 2007 Ministerio de Cultura

ſui ptes diligentiſſime pertractãda: nam vt dicit augu. in li. de pnia. Penitẽtia lãguores ſanat: leproſos curat: mortuos ſuſcitat: ſanitatem auget: grãm conſeruat: claudis greſſum: aridis copiã / cecis reſtituit viſum / vicia fugat: virtutes exornat: mentem munit ⁊ roborat. Jdeo de hoc ſummo ope mihi ⁊ cunctis mortalibꝰ a crimine ſtudioſo. ſ. de penitẽtia ⁊ abſolutiõe pctoꝝ tractare ſumma cura habenda eſt: ꝑ qđ anime fideliũ ad ſuam patriã reducunt. mortalia corpora beatificant: ⁊ terreſtres homines vermiculi reputati: dij ⁊ angeli quodã miro ⁊ diuino inſpiramine ſupra celũ empireũ efferunt. Et qꝛ ſicut ĩ iudicio corporũ tractat: necdũ de his q̃ ptes litigãtes: ſed etiã de his q̃ iudicij poteſtatẽ cõcernunt: ſic etiã in iudicio aĩarũ nec dũ de his que penitẽtes: ſed etiã de his q̃ confeſſoꝝ poteſtatẽ recipiunt diligẽtiſſime eſt tractandũ cũ ſine cognitione poteſtatis ipſoꝝ cõfeſſorum tota ipſius penitentie materia fruſtraret: ⁊ qꝛ iam in alio tractatu penitentie ꝑ me prius compoſito de doctrina ipſorum penitentiũ fuit dictũ: ⁊ ex tũc ſemꝑ cordi habui ea q̃ ad cõfeſſorum poteſtatẽ ⁊ arbitrium ptinent expedire. Jdeo quãuis hoc potius in materia de penitẽtijs tractãdum foret: tñ qꝛ ĩ materia quã in anno p̄cedẽti legi. tex. mihi ſe obtulit: ĩ quo hec materia cõpetentiꝰ quã alibi adaptet: ⁊ qꝛ incertitudo vite mee ad expediendũ cito q̃ ſunt aĩabus ſalubria dꝫ reddere cautiorem Jdeo hãc materiã de poteſtate ⁊ arbitrio cõfeſſoꝝ. ĩ. §. de illis. ⁊. c. de cauſis. ti. de offi. dele. anno p̄cedẽti ꝑ me lecto deliberaui ꝓ vt meliꝰ potero applicare. Sũmi ergo dei ⁊ glorioſiſſime virginis Marie ⁊ omniũ ſanctorũ ⁊ ſanctarum dei auxilio inuocato ⁊ proteſtationibus ſolitis ⁊ debitis ante miſſis.

¶ Jncipit ſecunda pars huius tertie partis.

SEquitur. §. illis. ⁊. §. iſte põt diuidi in duas ptes ſcꝫ duo mẽbra q̃ cõtinet. Nam primũ membrũ ponit de pena certa. Scđm mẽbrũ ponit de pena arbitraria. Primũ mẽbrũ ibi. Si tale fuerit negocium. Scđm membrũ ibi alioqn ipſos.

Hec eſt ſecunda ps huiꝰ t'tie partis.

¶ Jn. §. iſto quem ad ꝓpoſitũ materie quã tractaturꝰ ſum ſic ponit caſus. Quidã parrochialis ſacerdos q̃ſiuit a romano pontifice Alexãdro ꝑ hunc modũ. Pater ſancte cũ cura eccl'ie parrochialis mihi cõmiſſa ſit: ⁊ parrochiani mihi cõfiteãt plura peccata q̃ro quã penã vel pniãꝫ eis ĩponere debeã. Et papa reſpõdit ei ꝑ diſtinctionẽ dicẽs: ꝙ ſi tale fuerit negociũ vel pctm̃



(c) 2007 Ministerio de Cultura

ꝙ certá exinde pena canonibus exprimat̃: eandē infligat. alio quin. i. ſi certa pena canonibus nō ſit expreſſa ipſos peccantes ꝓ delicti qualitate ꝛ cauſe ſm ſuū arbitriū punire ꝓcuret. Littera illis ꝛ q̄ pro cauſis ꝛc. §. iſte quātū ad ꝓpoſitū pſens ſic ſummari pōt: vbi pnia pcti in iure exp̄ſſa eſt illa dꝫ iponi alias imponit̃ arbitria. §. illis. ꝛ pmo notandū eſt ex littera ibi cū dicit tex. ꝓ cauſis tibi cōmiſſis iūctis gloſis in pte certa. ꝛ in pte arbitriū q̄ allegāt iura loquētia in foro pniali: ꝙ cōfeſſoꝛ nō pōt imponere penitēti penā certā nec arbitrariā niſi in cauſis vel caſibus ſibi cōmiſſis alias extra caſus ſibi cōmiſſos nullā pniam pōt alicui iniungere: ꝛ hoc notabile cōfirmat̃ p. c. placuit. de peni. di. vj. vbi. tex. dicit. nulli liceat quā licet alteri cōmiſſum ad pniam ſuſcipere. ꝛ p. c. oīs. de peni. ꝛ remiſſio. §. ſi quis aūt vbi tex. dicit ꝙ ſi q̄s alieno ſacerdoti ſua voluerit pctā confiteri: licentiam prius poſtulet ꝛ obtineat a ꝓprio ſacerdote cū alit̃ ipe illum nō poſſit ſoluere vel ligare: ꝛ facit. c. nullꝰ de parro. ꝛ. c. j. ꝛ. ij. iij. ꝛ p totum. ix. q. ij. Nūc circa hoc notabile vt videatur poteſtas cuiuſlibet confeſſoꝛis ſequūt̃ iſte queſtiones.

Pria qō. ¶ Prima qō eſt: qualis debꝫ eſſe ſacerdos cui dꝫ fieri confeſſio: dico ꝙ dꝫ eſſe melioꝛ q̄ poteſt inueniri. vt dicit tex. in. c. j. j. di. vj. debꝫ eſſe talis q̄ habeat poteſtatē ꝛ vſuꝫ clauiū ꝛ ꝙ ſit ab eccl'ia tolleratꝰ ꝛ non ſit p̄ciſus. ꝛ ꝓpter hoc ſciſmatici ꝛ heretici p̄ciſi ꝛ excōicati ꝛ ſuſpēſi ꝛ degradati: qꝛ nō habent vſum clauiū nō poſſunt abſoluere aliquē ex defectu materie ſibi ſubtracte. ſ. qa ſubditi ſunt ab eoꝝ iuriſdictiōe p oꝛdinationē eccl'ie ſubtrahūtur: ꝛ qꝛ ſunt p̄ciſi ab eccl'ia. hec cōcluſio ſctī tho. ꝛ Bona. in. iiij. ſen. di. xix. ꝛ ꝙ dictū eſt de p̄dictis idē dicendū eſt de foꝛnicatoꝛe notoꝛio notoꝛietate facti: ꝙ ꝓbatur ſic. Ex quo aliq̄s eſt foꝛnicatoꝛ notoꝛiꝰ notoꝛietate facti non eſt tolleratꝰ ſm dn̄icū in. ca. ad hec. xxxij. di. ꝛ ꝓbat̃ p tex. in. c. vr̄a in fi. de cohabi. cle. ꝛ mulie. ibi quādiu ab eccl'ie tollerant̃. nec habent opis euidentiā ꝛ p glo. in. c. ſicut. ea. ti. q̄ facit differentiā inter illos q̄ tollerantur ab eccl'ia ꝛ illos quoꝝ factū eſt notoꝛiū q̄ non dicunt̃ tollerati/ ſi ergo nō ſūt tollerati nō poſſunt ab eis recipi aliqua ſacramēta p tex. in di. c. vr̄a in fi. a cōtrario ſenſu. ꝛ ſm archi. ꝛ dn̄icū i dicto. c. ad hec. ſup glo. q̄ ē in pte p manꝰ. ꝛ ꝯcluſio p̄dictoꝝ ꝛ pro maioꝛi pte alioꝝ doctoꝝ eſt ꝙ oēs p̄dicti ſunt a iuriſdictione ſuſpēſi. nec ea vti poſſunt efficaciter qꝛ eiꝰ executiōe carent et. vbi

(c) 2007 Ministerio de Cultura

amittit iuriſdictio ⁊ executio clauis amittit in p̄dictis. ſ. ſciſma
ticis ⁊ hereticis preciſis ⁊ excommunicatis ⁊ ſuſpenſis ⁊ forni
catoribus notorijs: ergo ſequitur ꝙ predicti non poſſunt a pec
catis abſoluere nec aliquis eis confiteri debet.
¶ Scda qō ē. q̄bꝰ cōfeſſoribꝰ ē data poteſtas ligādi ⁊ ſoluēdi in
foro pn̄iali: ⁊ ē dicēdū ꝙ oībꝰ ſacerdotibꝰ fuit data hec poteſtas Scda qō
a mediatore dei ⁊ hoim̄ q̄ ipſos eccl'ie ſue p̄poſuit ⁊ ligādi ⁊ ſol
uēdi poteſtatē eis tradidit: vt dicit tex. i. c. multiplex: de penitē
di. j. vbi tex. dicit: ꝙ ieſus xp̄s hāc poteſtatē p̄poſitis eccl'ie tradi
dit: qꝛ quātū ad hoc quilibet ſacerdos catholicꝰ tenet locū dei
viuentis et loco dei pōt abſoluere penitētē: nā quātū ad pnias
⁊ ꝑfectionē corporis xp̄i ⁊ p̄dicationē oēs p̄sbyteri tenēt locum
apl'oꝝ ⁊ habēt claues regni celoꝝ: vt ē tex. c. abſit. xj. q. iij. vbi dr
apl'ico gradui ſuccedētes xp̄i corpꝰ ſacro oꝛe ꝯficiūt q̄ claues re
gni celoꝝ h̄ites āte diē iudicij iudicāt: vt i. c. is xo. i fine. l. di.
¶ Tertia q̄ſtio eſt: an quilibet ſacerdos habeat poteſtatē ligan
di et abſoluendi: et circa hoc omiſſis alijs opinionibꝰ hoſti. in Tertia q.
ſum. in titu. de peni. in. §. cui confitendū dicit: tu dic ꝙ ſacerdos
parrochialis ex quo ſibi cura animarū cōmiſſa eſt ab ep̄o ſine
alia licētia ſpeciali habꝫ poteſtatē audiēdi confeſſiones parro
chianorū ſuoꝝ ⁊ excōicandi ⁊ abſoluendi exceptis caſibus ꝓ=
hibitis: qꝛ in iſtis ꝯſiſtit cura vt in. c. dudū. ij. §. penul. ſupra de
elec. et in. c. j. ⁊. ij. ſupra de offi. archi. ⁊ in ca. iij. īfra de offi. oꝛdi.
et ad hoc parrochie ſunt diſtincte vt q̄libet terminis ſuis ſit con
tentus ⁊ quilibet de plebe ſibi commiſſa curam habere ⁊ taliter
cuſtodiat ꝙ ante tribunal eterni iudicis de omnibus ſibi cōmiſ
ſis idoneām rationem reddat vt in. c. j. xiij. q. j.
¶ Quarta qō eſt q̄d vel quātū dimittit ſacerdos de pena pctō= Quarta
rū: ſciēdū eſt ꝙ reſtitutio male acq̄ſitoꝝ ⁊ ſatiſfactio dānoꝝ da queſtio.
torū ſiue iniuriarū irrogatarū: oīno faciēda eſt leſis ſi repiant: ⁊
de hoc ſacerdos graꝫ nō pōt facere qꝛ nō dimittit pctm̄ ⁊c. vt in
c. cū tu de vſuris. Itē ſciendū eſt ꝙ ſi ſacerdos erat in facto vl' in
iure diuino i fctō qꝛ nō credit aliq̄s eē pctōꝛes q̄ ſūt i iure diui=
no qꝛ aliqđ pctm̄ reputat modicū ⁊ leue qđ tn̄ magnū ⁊ graue
eſt: tūc nō ſufficit pn̄ia iniūcta ⁊ ita loquit. c. quē penitet īfra. ea.
di. ibi cū dicit tex. ꝙ deꝰ nō ſoluit vel ligat illos q̄s ſacerdos pu
tat: ſꝫ illos in q̄bꝰ opꝰ mie ⁊ iuſticie exercet. Itē ſi q̄s agit pniaꝫ
de vno pctō ⁊ nō de alio nō ꝓdeſt nec eſt vtilis ei pn̄ia iniūcta:

(c) 2007 Ministerio de Cultura

et ita loquit̃.c.fratres.ſ.di.v.alias exceptis dictis caſibus. In alijs arbitrari pōt ſacerdos ꝯtritiōe cōſiderata q꞉ plꝰ valet apd deū mēſura doloris q̃ tēporis ⁊ mortificatio vicioꝝ q̃ abſtinē tia ciboꝝ: vt i.c.mēſura ĩfra.ea.di.⁊ ſacerdos in pnia ĩponenda dꝫ eē miſericors ⁊ beniuolꝰ: vt in.c.non ſufficit: ⁊ i.c.quē penitet infra.ea.di.⁊ dꝫ exponere penitēti quātū deliqt: ⁊ quanta pnia dꝫ agere ⁊ ſi dicat pctōr ꝙ paratꝰ eſt eā facere: debꝫ ipſam ei in= iūgere remittēdo ei ď gr̃a duos aut tres aut plures ānos ꝯſide rata multitudine pctōꝝ ⁊ numerū annoꝝ iniūgendoꝝ. argu. xxvj.q.ſi.alligant: ſi xͦo pctōr nō ſit ita paratꝰ nihilominꝰ ipo= nat ei ſacerdos ſaltē quātūcūqꝫ leuiſſimam pniam ⁊ iniūgat ꝙ oia bona q̄ faciet ⁊ mala q̄ tollerabit ꝓpter deū ſint ei ꝓ pnia ⁊ ꝓficiēt ad ſalutē: ⁊ ſic ĩpoſita pnia abſoluat ip̄m in quātū dꝫ et pōt ⁊ nō ſimplr̃ ſicut quidā ſimplices faciūt ne ĩdiſtricte abſol= uēdo ſeip̄m obliget ꝑ eodē. Quātū aūt poſſit ſacerdos dimitte re nō eſt multū q̄rendū: ſꝫ firmit̃ credendū eſt ꝙ deꝰ q̄ facit oia in numero pōdere ⁊ mēſura ĩ multis ſequit̃ arbitriū ſacerdotiſ: nā Hiero.in expoſitione ſimboli dicit. In remiſſione pctōꝝ ſuf ficere dꝫ ſola credulitas: qs em̄ cauſas aut rōnes reqrat vbi in dulgētia p̄ncipis ē.cū ergo terreni principis liberalitas diſcuſ= ſione nō ſit obnoxia cur ab humana fragilitate diſcutit̃ diuina largitioꝛ: ⁊ tenēdū ꝙ illō ꝙ moderate ſacerdos remittit/ dn̄s ra tū hꝫ ſm̄ Inno.⁊ Jo.an.ĩ p̄dicto.c.ois: cū qbꝰ ꝯcordat ſanctus tho.i.iiij.ſen.di.xviij.vbi dicit ꝙ ĩ abſolutiōe ſacerdotis alicui plꝰ de pena dimittit̃ vi clauiū ſm̄ ꝙ penitēs plꝰ ſe ad gr̃aꝫ diſpo ſuit: ⁊ pōt eē tāta diſpoſitio ꝙ ex vi ꝯtritionis totā penā tollat ⁊ ideo nō ē ĩcōueniēs ſi ꝑ frequētē ꝯfeſſionē etiā tota pctā tollant̃ vt pctm̄ oino remaneat ĩpunitū ꝑ q̄ pena xp̄i ſatiſfecit: ſm̄ eum ibi.

**Quinta queſtio.** ¶ Quinta qō eſt q̄ perſone habeant poteſtatē audiēdi con feſſiones: circa hoc ſciendū eſt ꝙ ho.in.c.cū non ignores ĩfra de p̄bē.dicit ꝙ tres pſone ſunt qbꝰ oēs ſubſunt de iure ĩmediate et inſolidū.ſ.papa ep̄s ⁊ curatus vt ſupꝛa.de offi.archi.c.ſi.

**Sexta q.** ¶ Sexta qō eſt q̄ dicunt̃ hr̃e curā aiaꝝ/ ⁊ dicit Inno.ibi ꝙ ſi eſt cōſuetudo ꝙ capl̄m cōmittat curā aiarū qbꝰ vult ⁊ ꝙ eos mu= tet qn̄ vult nō dicunt̃ iſti ſacerdotes hr̃e curā aiarū ſi aūt perpe tue darent̃ a capl̄o vel a quocūqꝫ alio vel ⁊ hoc ip̄m de cōſuetu dine ē ꝙ q̄cūqꝫ ſacerdos ē ꝙ habeat curā ꝓpriā illius eccl̄ie nec pōt ab ea remoueri ſine cauſa/ videt̃ ꝙ iſte ſacerdos cēſendꝰ ē iu

(c) 2007 Ministerio de Cultura

re ſacerdotiſ habētiſ curā ſiue ſit vt ꝓpꝛiꝰ ſacerdos ſiue vt vicariꝰ vt i.c.ꝯſtitutꝰ ſupꝛa de filijs pſby.ſm inno.i dicto.c.nō ignoꝛes.

¶Septima.q.ē qd ſit cura.ꝛ hoſti.i.c.oīs vtriuſq ſe.de peni.ꝛ re.deſcribit curā dicēs:ꝙ cura ē vigil oneroſa ꝛ ſolicita cuſtodia aiarū cōmiſſa alicui vt curet ne pereāt ſꝫ ſaluenť q̄ cōpetit ex lege vľ cōmiſſione aut cōpoſitiōe vľ cōſuetudine ſeu pſcriptiōe ꝑ ſedē aplicā nō iꝓbata dicit ꝙ cōpetit ex lege ſcripta ſiue ex iure cōi.ſicut pꝫ i epis ifra ꝺ offi.oꝛdi.c. conq̄rēte et i p̄latis q̄ creātur ꝑ electionē ꝛ etiā i rectoꝛibꝰ ꝓchialiū eccliarū ex q̄ ſūt auctoꝛitate ſui iudiciſ iſtituti vt pꝫ i eo qꝺ nota.i. c.fi. ſupꝛa ꝺ cleri. ꝑegri.ꝛ i.c.cū ſatis ſupꝛa de offi.archi.ꝛ i.c.ſi ſacerdos.ꝛ.c. cum ab eccliarū.ꝛ.c.ad repꝛimēdā ifra de offi. oꝛdi.ꝛ dicit ꝙ cōpetit cōmiſſione canonica ab epo generaliť vľ ſpecialiť facta ſicut pꝫ in archidiacono vt.ſ. de offi.archi.c.j. ꝛ i archipſbytero ſupꝛa de offi.archi.c.fi.ꝑ totū.ꝛ i officiali epi vt in.c.iij.ifra de iſtitu.ꝛ in.c.romana.in ꝑncipio de appella.li.vj.ꝛ i vicarijs eccliarum ꝑpetuis:vt i.ca.ad hec.ſupꝛa de offi.vica.ꝛ etiā ex cauſa ad tꝑs cōſtitutū:vt in.c.ꝑuenit.de appella.ꝛ in.c.cū vos infra de offi. oꝛdi.vel cōmiſſione facta a papa ꝑ ꝑuilegiū generale vel ſpeciale.vt pꝫ in.c.j.xxxj.di.ꝛ ca.j.ꝛ caplis ſeq.xxv.q.ij.ꝛ i eo qꝺ no.in.c.ij.§.ſed nec.ver.pſertim.ſupꝛa de traſla.epi. Et eſt notādū ꝙ licētia ꝛ poteſtas ꝯceſſa alicui ad audiēdum ꝯfeſſiones/ꝛ etiā poteſtas abſoluēdi aliquē a culpa ꝛ pena ꝑ papā conceſſa durāt poſt moꝛtē cōcedētis.notāt.Jo.de imo.ꝛ alij do.i cle.dudū de ſepul.ꝛ no.ꝑ do.i cle.abuſionibꝰ.de peni.ꝛ remiſ. Et eodē mō q̄cūq gr̄a ꝯceſſa ē i fauoꝛē pie cauſe durat ſemꝑ poſt moꝛtē cōcedētis durāte cauſa pia notāt glo.ꝛ do.i.c.nemini dubiū. de offi.lega. Et eodē mō licētia cōceſſa alicui ꝑ epm ſuū ad recipiēdū oꝛdies ab alijs epis durat poſt moꝛtē ꝯcedētiſ. notāt paulus ꝛ do.i cle.vlti.de elec. Et eodē mō licētia ꝯceſſa alicui habēti bn̄ficiū curatū ad exiſtēdū i ſtudio ꝑ ſeptēniū durat poſt moꝛtē cōcedētis.notāt do.i.c.cū ex eo.de elec.li.vj.ꝛ no.bn̄ hec dicta ſingularia.ꝛ dicit hoſt.ꝙ cura etiā cōpetit ex cōpoſitione.ſ.ex certa ſcia ꝑ papā ꝯfirmať.vt i.c.veniēs.§.fi.ꝺ traſacti.j. Et dicit ꝙ cōpetit ex cōſuetudie ſeu pſcriptiōe:nā metropolitani i ſua ꝛ etiā i aliēa ꝓuicia ꝛ epi i alienis diocesibꝰ ꝛ etiā abbates ꝛ archidiaconi ꝛ capellani ꝛ ſiles iura epalia ꝛ ꝓchialē curā ꝛ ad hec ꝑtinētia i q̄ntū iſta pn̄t i eos cadere ꝑ ꝯſuetudinē ꝛ ꝑ pſcriptio=

Septia questio.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

nem acq̃rũt ſicut de ↄſuetudīe ꝓbaẗ in eo ꝙ legiẗ. ⁊ nota i. c. du
dũ. ij. §. tādē. š. de electi. ⁊ i. c. quāto. ⁊. c. duo ſimł. ⁊. c. irrefraga
bili. §. exceſſus īfra de offi. ordi. ⁊ in. c. cũ cōtingat. de foro cōpe.
Et de p̄ſcriptione ꝓbaẗ hoc i eo qđ legiẗ ⁊ notaẗ. i. c. ex trāſmiſ-
ſa. ⁊. c. auditis. ⁊. c. cũ olim. ⁊. c. veniẽ. de p̄ſcriptiōe. ⁊ in. c. cōſti
tutus. et. c. venerabilis. et. c. cũ dilectꝰ de religi. domi. Et dicit ꝑ
ſedē aplicā nō iꝓbata q2 ↄſuetudo nō ꝓficit niſi ſit rōnabilis
⁊ p̄ſcripta. i. c. fi. de ↄſuetu. ⁊ iudicaẗ rōnabilis ꝑ ſedē aplicā ſi ex
ea limites cōfundanẗ. vt in. c. cũ ſint hoies. i fi. īfra de decimis.
Uel ſi exide alij graue p̄iudiciũ pareẗ. arg. i eo. ꝙ legiẗ ⁊ notaẗ
in. c. ſuggeſtũ. de deci. ⁊. c. cũ oli. de cōſuetu. Et hec habet locum
quātũ ad aliquā dignitatē q̄ ex ↄſuetudīe vł p̄ſcriptione pōt cu
rā aiarũ acq̃rere. S3 quātũ ad pſonā p̄uatā reprobaẗ conſuetu
do ita vt nec curā acq̃rat ex cōſuetudine nec vt ſibi eligat cōfeſ-
ſorē vt notaẗ ꝑ ho. i ſumma ti. đ peni. §. cui cōfitēdũ ſit. i ver. cui
imꝑator. j. rñ. Et in p̄ſcriptione taliũ bona fides et iuſtꝰ titulus
req̃runẗ. alioq̄n exp̄ſſe ꝑ ſedē aplicā reprobaẗ. vt legiẗ et notaẗ.
in. c. dudũ de deci. et in. c. ſi diligenti. de preſbyteri. ſm hoſti.

Octaua queſtio. ¶ Octaua q̄ſtio eſt de religioſis predicatoribus et minoribꝰ et
an poſſit q̄s eis cōfiteri ſine licētia ꝓprij ſacerdotis. Et dicēdũ
eſt ꝙ iſti habēt etiā poteſtatē audiendi cōfeſſiones et abſoluēdi
a pctis electi ſm formā. cle. dudũ. de ſepul. q̄ cēſenẗ eē curati et
habenẗ loco ꝓprij ſacerdotis i illa dioceſi in qua deputati ſunt
quātũ ad hoc ꝙ q̄libet pōt ipſis cōfiteri ſine licentia ꝓprij ſacer
dotis et quātũ ad hoc ꝙ ſemel in anno cōfeſſus illis nō tenetur
iterato cōfiteri ꝓprio ſacerdoti. ſm glo. et pau. et guilł. et Jo. de
immo. in dic. cle. dudũ. Jtē h3 poteſtatē audiēdi ↄfeſſiones cu-
iuſlibet parrochiani et abſoluēdi religioſus vel aliꝰ p̄ſbyter cui
ſacerdos proprius parrochialis cōmittit vices ſuas ad audiē
dũ cōfeſſiōes parrochianorũ ſuorũ. vt notat pau. et io. de imo.
in cle. religioſi. de priuilł. q2 ſacerdos curatus pōt alteri cōmit-
tere vices ſuas in certis caſibus vel ad tēpus ꝑ notata ꝑ hoſti.
in. c. clericos: de offi. vica. ſm pau. et Jo. de imo. i dicta cle. reli-
gioſi. Et circa hoc abbas i. c. oīs vtriuſq3 ſexus. eo. ti. dicit ꝙ qñ
ſimpliciter datur parrochiano licētia eligendi ſibi confeſſorem
nō poteſt parrochianus cōfiteri ſacerdoti nō habēti curā aiarũ
et dicit ꝙ hoc voluit glo. in cle. j. de priuilł. Sed ſi proprius ſa-
cerdos cōmitteret alicui ꝙ audiat ↄfeſſionē ſui parrochiani tũc

(c) 2007 Ministerio de Cultura

non requirit q̄ ille habeat curā aīarū: q2 tūc audit vt delegat⁹ et nō vt ordinari⁹: ⁊ dicit q̄ ita volūt paul⁹: ⁊ doctores et bene. in dicta cle. j. q̄ dicit ipſe eſſe notandū ꝓ cōſuetudine generali: q̄ ſi ſacerdos hȝ parrochiā amplā pōt in ſuū auxiliū aduocare alium ſacerdotē etiā non habentē curam in actu. ſm abba. ibi.

¶ Nona queſtio eſt q̄ dicuntur ꝓprij ⁊ ordinarij confeſſores: ⁊ eſt dicendū ſm Pau. ⁊ Jo. de imo. in predicta cle. dudū / q̄ ſunt iſti. papa: epſ ꝓprius: legatus ſi eſt in ꝓuincia ſibi commiſſa. archipreſbyter ecclie cathedralis: preſbyter parrochialis: ⁊ alij vicarij: ꝑ nota. de offi. archipſ. c. j. et ſic ex predictis concludēdū eſt ⁊ datur regula q̄ quilibet parrochian⁹ debet confiteri ſacerdoti qui hȝ poteſtatem ⁊ curam eius ⁊ nō alij q2 ali⁹ nō poſſet eum abſoluere vt in. c. nup. §. inſero. in fi. de ſen. excōica. ⁊ in. c. omnis. §. ſi quis aūt. de peni. ⁊ remiſſio. ix. q̄ſtio.

¶ Decima queſtio eſt: in quibus caſibus pōt quis audire confeſſionem parrochiani alteri⁹ q̄ ſunt octo. Primus quādo ꝓprius ſacerdos indiſcretus eſt vt in. c. placuit de peniten. di. vj. nam ſm Augu. qui vult cōfiteri debet q̄rere ſacerdotē qui ſciat ſoluere et ligare vt in. c. qui vult: de peni. di. vj. ſed hoc nō debet fieri ſine licētia proprij ſacerdotis: vt in. c. omnis vtriuſq; ſex⁹: de peniten. et remiſſio. nō tamen expedit ſemꝑ licentiā dare immo denegāda eſt ſi ſacerdos ꝓprius ſe ſufficientē reputet / nam preſumere pōt q̄ ideo parrochian⁹ licētiam petat vt penā erubeſcētie euitet que eſt magna pars ſatiſfactionis: vt in. c. quē penitet: de penitē. di. j. cōſilium tamē eſt q̄ nō cōfidat nec p̄ſumat de ſe multū ⁊ ideo licētiam nō deneget niſi forte veriſimiliter ſe contēptum preſumat tunc poſſet denegare ſm Hoſti. x. q̄ſtio.

Secund⁹ caſus eſt quādo alien⁹ parrochianus trāſtulit domicilīū ſuū ſm Raymū. ſed tūc iam nō eſt alien⁹ ſed ꝓprius parrochianus vt in cap̄. fi. infra de parrochijs.

Terti⁹ caſus ē qū q̄s ē vagabūb⁹: vt i. l. heres abſēs. ff. de iudi.

Quartus caſus eſt qū q̄s querit domiciliū quo ſe colocet relinquēs ꝓprium: iter faciendo vel nauigādo quia iſte ſine domicilio eſt vt in. l. labeo. in principio. ff. ad munici.

Quintus caſus eſt qū extraneus parrochianus cōmittit delictū ifra ꝓpriā parrochiā. vt ifra de rap. c. j. ⁊ c. placuit. vj. q. iij.

Sextus caſus eſt ratione ſtudij nam ſcholaris qui de licentia prelati ſui vadit ad ſtudiū parrochianus efficitur illi⁹ in cuius

(c) 2007 Ministerio de Cultura

parrochia in ſtudio moraẜ ẜm Hoſti. i ſumma. j. titu. de parro.
§. qs intelligaẜ. ver. quid de ſcholarib⁹. ⁊ ẜm Jo. an. in cle. reli-
gioſi. de ꝓuile. in glo. ſup ꝑte ꝓchialis. vbi dicit ꝙ quo ad ſco-
lares mercenarios ⁊ ſimiles ītelligit pͣſbyteꝝ parrochialē illū i
cui⁹ ꝓchia habitant. per notata in. c. placuit. de penitē. di. vj.
Septim⁹ caſus eſt tēpore neceſſitatis vt in. c. ſi pͣſbyter. xxvj. q.
vij. nā tēpore neceſſitatis in articulo mortis poteſt quilibet ↄfi-
teri: etiā laico vel mulieri ſi aliū habere nō poteſt. vt in. c. quem
penitet: de peniten. di. j. et in. c. ſanctum eſt: de ↄſecra. di. iiij.
viij. act⁹. ¶ Octauus caſus eſt ſi ponat ſpem ſuā in ſacerdoti ꝓprio ꝙ ra
tū habebit argu. ix. q. ij. lugdunēſis: ⁊ dicit Hoſt. ꝙ in quocūꝗ
caſu aliqs alienū parrochianū ſine licētia ꝓprij ſacerdotis au-
dierit: iniungat ei ꝙ q̄ꝫ cito poterit ſe corā ſacerdote ꝓprio repͥ-
ſentet ⁊ ꝙ actū eſt ſignificet argu. c. de cetero. ⁊. c. de his. in fi. de
ſen. excōi. ẜm Hoſtiē. in ꝑalle. §. cui cōfitendū: ſi vero ſacerdos
nullā curam habeat ſibi cōmiſſam: tunc dicit Hoſti. ibi ꝙ eſt di
ſtinguēdū vtrū neceſſitas imineat: ⁊ tūc pōt quēlibet audire et
ſoluere ꝓ vt ſupra notatū fuit: ſi vero nulla neceſſitas imineat
et tūc nō pōt audire ẜm Ray. vñ religioſi vel recluſi non habēt
poteſtatē abſoluendi vel ligandi nec baptizandi nec ꝑdicandi
vel alia q̄ ad curā aiarū ꝑtinēt exercēdi: niſi fuerint electi a po
pulo vel ab epo cū cōſenſu abbatis vel ſupioris ſui inſtituti vt i
c. alia. ⁊ in. c. ꝑuenit. ⁊. §. ecce. ⁊. §. hoc idē. xvj. q. j. vel niſi peni-
tens habeat licētiā ꝓprij ſacerdotis: dicit tñ Hoſt. in hoc referre:
vtrū his q̄ cōfitetur habeat licentiā ſacerdotis ſpecialiter ꝙ tali
poſſit ↄfiteri: vel habeat licētiā in genere vel ſimpliciẜ ꝙ alij poſ
ſit cōfiteri: nā in iſtis duob⁹ caſibus eſt dicendū vt ſupradictuꝫ
fuit ꝙ ex cōmiſſione ſpeciali religioſus vel recluſus audire po
terit cōfeſſionē ꝓchiani alieni alias nō. Nō obſtat ad ꝑdicta
ꝙ debēt goffre. ⁊ Ray. q̄ nō cōſentiūt ꝙ religioſi cōfeſſiones au-
diant vt ſupra dictū fuit: nā iura q̄ ad hoc debent intelligenda
ſunt de religioſis q̄ volūt vſurpare parrochias ſine licentia ſu-
perioris ſui ⁊ ſine auctoritate epi vt ipſa iura bene innuūt: vel
qñ volūt audire aliquē ſine licētia iudicis ipſi⁹ peccatoris vel
qñ hoc faciunt ſine licētia ipſius abbatis nulla alia neceſſitate
inſtāte: vt innuiẜ in ca. placuit cōi. xvj. q. j. ibi: cū dicit tex. ne-
phandiſſimo auſu preſumat. ẜm Ho. in dicto. §. cui confitēdū.
Circa ꝑdicta notādū eſt ꝙ abbas ⁊ canonici eccliarū cathedra

(c) 2007 Ministerio de Cultura

lium ꝛ aliꝭ rectores ꝙ immediate ſubſunt epo debent recurrere ad ipm epm in confeſſionibus ꝛ ab aliꝭs non poſſunt abſolui: vt notat Hoſtien. ꝛ abbas in .c. conquerente/ de officio ordi.

¶ Undecima qō eſt ꝗs dicat̃ ꝓprius ſacerdos ſcholariū et ſti- pēdiarioꝝ ꝛ ſimilium. ꝛ dicendū eſt ꝙ licet aliqui docto. ꝑqui- rāt in hoc licentiā prelati ſui tñ abbas in dicto .c. oīs. dicit: ꝙ illa opinio Hoſt. in ſumma. ti. de parrochiꝭs. §. ꝗs intelligat̃. v. ꝗd de ſcolarib⁹: ꝛ etiā opinio. Jo. an. in cle. religioſi: de priuile. in glo. ſup parte parrochialis: ſibi placet ꝛ videt̃ magis cōmunis vꝫ ꝙ ille dicat̃ proprius ſacerdos ſcolarium mercenarioꝝ ꝛ ſti pendiarioꝝ ꝛ ſimiliū in cuius parrochia iſti habitant de p̄ſen- ti nec poſſunt adire cōmode ꝓpriū ſacerdotē/ argu. ca. fi. de par rochi. ꝛ remittit ad glo. predicte cle. religioſi de priuilegiꝭs. xj. q̄ſtio.

¶ Duodecima qō eſt: nunꝗd ſacerdos parrochialis extra ter- ritoriū parrochie ſibi cōmiſſe poſſit audire cōfeſſiones et circa hoc Jo. de imo. ī dicta cle. dudū in glo. ſup ꝑte audituræ. ponit pau. ꝛ guill'. ꝛ gen. dicit ꝙ cōfeſſor extrane⁹ vt eſt religioſus de- putatus ſm formā illi⁹ cle. nō pōt audire ꝯfeſſiones nec abſol- uere extra territoriū ſibi cōmiſſum nā demū intra territoriuꝫ in quo illi religioſi deputant̃ poſſunt audire cōfeſſiones de pctis vbicūqꝫ cōmiſſis etiā extra territoriū qꝛ illa ꝗ in foro aīe exer- cent̃ ſunt volūtarie iuriſdi. ſꝫ extra illō territoriū ſibi cōmiſſum nō poterūt abſoluere de ꝯmiſſis etiā intra territoriū vt in dicta cle. rō eſt qꝛ iuriſdi. data ītra certū territoriū nō pōt exerceri ex- tra illud vt in .c. ſua de offi. vica. ſed ſi eſt ꝯfeſſor ordinari⁹ tem poralis vel ꝑpetuus vt eſt ꝓprius p̄lat⁹ tunc dicit ꝙ ille a quo cūqꝫ pctō cui⁹ abſolutio expectat ad ipm ſiue ſit cōmiſſum ītra territoriū ſiue extra abſoluere pōt etiā extra territoriū. Ratio ē ſm eū qꝛ in his ꝗ ſunt fori penitētialis ꝗ executent̃ ſub ſilentio nullius territoriū ledit̃. facit qō notat̃ in .c. penul. ꝛ .c. fi. infra de offi. leg. ſm eūdē. Jo. de imo. ꝛ pau. ī dicta cle. dudum. xij. q̄ſtio.

¶ Tredecia qō ē quoꝝ pctōꝝ abſolutio ē īterdicta p̄ſbyterꝭ ꝛ ſa cerdotib⁹. ꝛ ſciēdū ē ꝙ ꝗdā caſus ſunt ſpecialit̃ reſeruati pape. ꝗdā caſus ſūt ſpecialit̃ reſeruati epo: de ꝗb⁹ inferiores ſine ſpe- ciali licētia vl' ꝯmiſſiōe ſe ītromittere nō poſſunt ꝛ lꝫ mlta ſūt pa pe ſpālit̃ reſuata ꝗ ponunt̃ ꝑ glo. ꝛ doc. ī .c. ꝙ trāſlationē. ꝺ offi. lega. ꝛ ꝑ ſpec. in ti. de lega. in §. nūc oſtēdendū tñ: quo ad ꝓpo ſitū nr̄m circa pnīas pctōꝝ iſti caſus ſūt ꝗ pape ſpālit̃ reſuant̃. xiij. q̄ſtio

(c) 2007 Ministerio de Cultura

xiiij.qō. ¶ Decima quarta qō ē/qui ſunt ſpecialiter pape reſeruati quo ad penitētiā:et ſunt.xvij. Prim⁹ eſt:ꝙ ſolus papa diſpenſat cū ſimoniaco.vt in.c.ſi.q2 ſimoniacis.j.q.j. Qđ eſt intelligendū in iſtis caſib⁹.ſ.qñ ſimonia cōmiſſa fuit in ordine et ſcienter.vt i c.preſentiū.j.q.v.ꝛ qñ ſimonia cōmiſſa in ordine ē publica.Itē qñ ſimonia fuit cōmiſſa i beneficio vel dignitate inferiori ep̄atu ſcienter quantū ad hoc vt ad eandē dignitatē vel beneficiū poſſit reaſſumi nec tūc de facili papa diſpenſat vt pꝫ in.c.poſt trāſlationē:ſupra de renūcia.et idē eſt ſi fuit cōmiſſa ſimonia ignoranter in dignitate ep̄ali/quātū ad hoc vt reaſſumat̄ ad eandē dignitatē ep̄alē q2 tunc ſolus papa diſpenſat et non de facili:vt in dicto.c.poſt trāſla.Et idē eſt in dignitate inferiori ep̄atu ſi ſimoniacus nō libere reſignat: ſed ſup hoc in iudicio contēderet et electio ſua ꝑpter hoc reprobata eſſet q2 ſimoniace fuerat adeptus etiā eo ignorante:nā tunc illa vice et in illa vocatione nō pōt ali⁹ inferior papa diſpēſare.vt in. c.ſi alicui⁹ ſupra de elec. ſm Anto.in dicto.c.poſt trāſlationē.Secūdus caſus eſt:ꝙ qñ dubitatur vtrū iuramentū ſit licitū ꝛ ſeruandū vel non ad papam ꝑtinet diffinire.vt in.c.venerabilē.§.penul.ſupra de elec. et in.c.verū.et in.c.quanto.ꝛ in.c.intellecto infra de iure iuran. ¶ Tertius caſus eſt:ꝙ papa tantū vel ipē cui papa ſpecialiter cōmiſerit:pōt abſoluere excōmunicatum a ſe quia eius eſt ſoluere cuius eſt ligare:vt in cap̄.inferior.xxj.di. ꝛ in.c.cum inferior infra de maio.ꝛ obedi. Quart⁹ caſus eſt:ꝙ null⁹ diminuit penitentiā a papa iniunctā niſi papa vel ille cui ipſe commiſerit. vt in.c.accedens.l.di.ꝛ in.c.latorem.xxxiij.q.ij.ꝛ in autēti.interdicimus.C.de epiſcopis.ꝛ cle.facit ꝙ notatur de ſortile.c.ij. in glo.ij.ꝛ de accuſa.cap̄.cū.p.in vltima glo. Quintus caſus ē: ſolus papa abſoluit clericū ſcienter ꝛ ſponte participantē in diuinis cū excōicato ab ipſo papa:vt i.c.ſignificauit.đ ſen.excōi. Sextus caſus eſt ꝙ vbicunqꝫ abſolutio eſt reſeruata pape nullus alius poteſt abſoluere alias ſi nō reſeruat̄ abſolutio pape ordinarijs inferiorib⁹ eſt conceſſa. vt in.c.nuper de ſenten.excōica.et idem eſt intelligendū de conſtitutionibus legatorum ſuorum ex quo ligatio eſt finita et aliquis non ſuccedit legato cum in talibus nullus ſit ſuperior niſi papa. Septimus caſus eſt:quādo aliquis ſuſpendit̄ ꝑ eis ꝙ hereticis eccleſiaſtica ſacramenta miniſtrat nō poteſt abſolui circa ſedem apoſtolicam

(c) 2007 Ministerio de Cultura

vt in ca.excõmunicamus.§.ſane clerici infra de hereticis.
Octauus caſus eſt ꝙ ſolus papa abſoluit incẽdiarios eccłiarũ
poſtꝗ̃ ſint denũciati.vt i.c.tua.ꝛ in.c.cõqueſti.ĩfra de ſen.excõ.
Non⁹ caſus ē ꝙ ſol⁹ papa abſoluit occiſores vel ꝑcuſſores cle=
ricorũ enormi ꝑcuſſione:vt i.c.ſi qs ſuadẽte.xvij.q.iiij. ꝛ vt no
tatur in.c.ꝑuenit infra de ſenten.excõica. ꝛ in extrauaganti.io.
xxij.quã fecit ſuperdicto.c.peruenit.que incipit perlectis.
Decimus caſus eſt ꝙ ſolus papa diſpenſat cum illo qui irregu
laritatem incurrit vt in.c.ſi qs eṗs dãnatus.xj.q.iij.ꝛ in.c.cum
illorum infra de ſen.excõi.et in.c.cum eterni.de re iudicata.ꝛ in
c.cum medicinalis.de ſen.excõica.lib.vj.
Undecimus caſus eſt:ꝙ papa ſolus diſpenſat cũ ſuſpenſo vel
interdicto ab homine vel excõicato celebrante.vt in.c.clerici in
fra de cleri.excõi.miniſt.
Duodecimus caſus eſt ꝙ ſolus papa diſpenſat cũ illo qui ſciẽ
ter excõicatus ordinẽ recepit vt in.c.cũ illorum. infra de ſen.ex
cõi.ꝛ hoc ſiue ſciat ius ſiue ignoret ꝛ ꝙ plus eſt etiã ſi non recor
dabatur de facto propter qḋ excõicatus erat.ſm inno.ibi.
Tredecimus caſus eſt ꝙ papa ſolus abſoluit a voto continen
tie ꝛ a voto ꝓ terra ſancta emiſſo:vt in.c.cũ ad monaſteriũ.in=
fra de ſtatu mona.ꝛ in.c.ad liberãdã ĩfra de iudeis.ꝛ ꝙ ibi no=
tatur ꝑ hoſt.hoc ĩtellige in voto emiſſo ꝓ ſuccurſu terre ſancte.
ſecus ſi aliqs vouet ſolũ ire ad terrã ſanctã hieroſolimitanã.naꝫ
tunc eṗs poteſt diſpenſare ꝛ remittere.no.glo.iij.in.ca. ex mul
ta.de voto.ꝛ abbas.ibi ꝛ in.c.ꝙ ſup his.eo.ti.¶Alij caſus mul
ti ſunt reſeruati pape:tñ iſti ſunt qui magis pertinent et magis
occurrunt in foro penitentiali ipſis confeſſoribus:q caſus ſunt
illiciti ex caſibus ſedis apoſtolice reſeruatis poſitis per ſpecu=
latorem in ti.de leg.in.§.nunc oſtendendum.Et vltra iſtos ipe
ſpecialiter poſuit alios ĩ repertorio ſuo ĩ ti.de penitẽ.ꝛ remiſſio.
in.§.ſequit̃ videre.i.ꝟ.itẽ habẽs ab eṗo.vbi poſuit aliũ caſum.
Decim⁹ quartus caſus.ſ.in falſatore litterarũ dñi pape.vt i.c.
dura.ꝛ i.c.ad falſarioꝝ.j.de crimine falſi.ꝛ i.c.ĩ meõriã.xix.di.
Decimus quintus caſus eſt excõicato a delegato pape.vt i ca.
paſtoralis.§.preterea infra de officio.ordina.
Xvj.caſus eſt in ꝑticipãte in oſculo ꝛ alijs excõicato a papa cũ
participibus qui ab eo qui tulit ſententiã eſt abſoluẽdus.vt in
c.ꝙ in dubijs.j.de ſenten.excommuni.



(c) 2007 Ministerio de Cultura

xvij. caſus eſt in presbytero ſecundas nuptias benedicēte qui eſt ſuſpenſus ab officio ⁊ beneficio ⁊ ad ſedem apoſtolicam eſt mittendus. vt in. c. capellanū. j. de ſcđis nup. de quo eſt dicēdū hodie vt in extrauaganti bonifa. viij. q̄ incipit ꝯcertationi. Jo. doctor. cuius tenor ſequitur ⁊ eſt talis.

¶ Joannes papa. xxij. Concertationi antique finem imponere cupientes preſenti declaramus edicto ꝙ licet vir vel mulier ad ſecundas nuptias tranſiens benedici nō debeat cum alias fuit benedictus cōtrahens tamē ſecū benedici debebit ꝙ forſan alter eoꝝ vel ambo etiā ad ſecūdas nuptias trāſeuntes in primis benedicti nō fuerint danda erit benedictio in ſcđis. Sane volētes antiquum temperare rigorem ſtatuimus vt presbyteri qui ſcđas nuptias ſcienter benedixerint ad ſedem aplicam ex hoc venire minime teneant: ſed a pena ſuſpenſionis hoc caſu a iure inducta per ſuos poſſint dioceſanos abſolui. Si qui vero iuxta opinionē quorūdā doctorū ex hoc hactenus non reputātes ſe ſuſpenſos ordines vel beneficia receperunt dioceſani ipſorū a penis ſuſpēſionis ſupradictis ipſos abſoluere ac ſuper executione ordinū ⁊ retentione beneficioꝝ huiuſmodi cum eis libere valeant diſpenſare. Datum ⁊c. Jaco doctor. Et poſuit i fine caſum generalem. ſ. in quolibꝫ caſu ſedi apoſtolice reſeruato: q̄ caſus reſeruati pape notātur. in. c. ſicut de exceſſi. prelato. ⁊ in cap. ꝙ tranſlationem. infra de offici. delega.

xv. q̄ſtio. ¶ xv. queſtio eſt an eṗs vel aliꝰ ſacerdos poſſit remittere vel mutare penitentiā iniunctā a papa. ⁊ Dñicus i. c. accedēs. j. l. di. circa finē diſtiguit ꝙ aut ſubeſt neceſſitas mutādi ⁊ tunc poteſt eā mutare: q͛ neceſſitas legē non habet. de reg. iu. ꝙ non eſt licitū: aut nō ſubeſt neceſſitas ⁊ tūc aut papa penitentem remiſit ad eṗm: ⁊ tūc eṗs poterit mutare: ⁊ dicit ꝙ ſic proprie loquitur tex. in predicto. c. accedens. aut papa nō remiſit commutationem penitentie eṗo: ⁊ tunc penitētiā impoſitam per papam eṗs mutare non poterit quia inferior non poteſt mutare penitentiam ſuperioris ſecūdū eundem dñicum: ibi. Et generaliter quis habet poteſtatem relaxandi et remittendi vel cōmutandi penitentiā. Jo. de imo. poſt Pau. in cle. abuſionibus. de peni. ⁊ remiſ. dicit ꝙ talis relaxatio remiſſio vel cōmutatatio in foro penitentie fieri debet ab illo cui facta eſt confeſſio vel a ſuperiore ſuo. Et per hoc dicit ꝙ penitentiā impoſitam per eṗm ſacer=

(c) 2007 Ministerio de Cultura

dos relaxare vel commutare non poteſt: ſed impoſitam per ſacerdotem bene poteſt eps mutare vel relaxare. xxi. di. c. inferior. ⁊ talis relaxatio vel commutatio debet fieri ex cauſa ſm guill. pro vt notat archi. eo. ti. c. vlti. in. vj. ſm Rapum. ⁊ predictos Pau. ⁊ Jo. de imo.

¶ xvj. queſtio eſt qui ſunt caſus epo reſeruati ſpecialiter pro quibus penitens eſt ad epm remittēdus: ⁊ circa hoc obmiſſis alijs ambagibus gloſatorum eſt dicendū q alia eſt penitētia publica. alia ſolennis. alia priuata. Que eſt penitentia publica? ⁊ penitentia publica eſt quando alicui iniungitur peregrinatio cū baculo cubitali ⁊ cū pera benedictis. vt. xxx. q. j. in. c. ſi qs ſacerdos. vel cū aliquo genere veſtis: vt in. c. ſi qs virorum. xxx. di. et in. c. per ſimoniam. xlj. di. ⁊ in. c. fi. xx. q. j. xvj. qſtio

¶ xvij. queſtio eſt an ſacerdos poteſt iniungere pniam publicam. Et hāc pniam ſacerdos pōt iniungere cū non ſit ei prohibitū. argu. c. penitētes. l. di. vbi hoc videtur expreſſuȝ. ⁊. xxx. di. ſi quis preſbyter vbi etiam eſt expreſſum. ⁊ in. c. in capite. l. di. i princi. ibi ſuſceperunt. Et hec pnia non imponitur niſi pro graui crimine. vt in. c. ſacerdos. de peni. di. vj. xvij. qō.

¶ xviij. queſtio eſt a quo ſit imponenda ſolennis pnia. Solēnis penitentia eſt q fit in tpe. xl. cū ſolennitate que eſt in preall. c. in capite. l. di. ⁊ in. c. precepti. xviij. qō.

¶ xix. qſtio eſt qbus ſunt cōfitēda notoria crimina. ⁊ dic q notoria crimina debēt penitentes epo publice confiteri. vt in. c. in actione. ⁊ i. c. ſequēti. ⁊ i. c. quē penitet. in fi. de peni. di. j. hoc ⁊c. Et pnia hec a ſolo epo iponit: vt ibi habet: ⁊ ſic intelligit. c. accedentib⁹ infra de exceſſi. plato. ⁊. c. puenit. ⁊. c. ſeq. vj. q. j. licet littera dicat ibi de publica. q2 ſepe in iure publica ponit pro ſolēni. ⁊ ecōuerſo. vt ibi notatur. ⁊ in. c. ſi ille. l. di. ⁊ in. c. de penitētib⁹. de cōſecra. di. iij. nunc aūt eſt ſciendū circa hoc q ois penitentia ſolennis eſt publica: ſed non econtra. xix. qſtio

¶ xx. qſtio eſt an ſimplex ſacerdos pōt iponere pniaȝ ſolēnē. Sed circa hoc qritur nunqd ſimplex ſacerdos pōt hanc pniaȝ ſolēnē indicere qūis dictā ſolēnitatē p ſe neqat adhibere. Et qdam dicūt q ſic. ar. pre. c. in capite. l. di. Sȝ ſpecu. tenet cōtrariū q ſimplex pſbyter nō pōt hanc pniam indicere: niſi haberet ab epo ſpecialē ptātē: q2 i his criminib⁹ in qb⁹ ſeu pro qb⁹ illa pnia ſolēnis imponit eſt penitēs ad epm remittēd⁹. vt ſupradictū ē. xx. qſtio.



(c) 2007 Ministerio de Cultura

xxj.q̃stio ¶ Xxj.q.eſt.per quem eſt fienda prima deiectio ⁊ finalis intro ductio ⁊ medie ſolēniter penitētis.Hoc aūt verū eſt ꝙ vbi ſolē nis pnia alicui iniūcta ꝑ plures annos durat licʒ ꝓma deiectio ab eccl'ia ⁊ finalis introductio in eccl'ia per quā q̃s ſimplicit̃ ſa⸗ cramētis eccl'ie reſtituit̃ poſſunt ſolū ꝑ epm fieri. tñ medie deie⸗ ctiones ⁊ introductiões ⁊ q̄ fiunt ſingulis annis infra tps indi cte penitētie ꝑ ſimplices p̃ſbyteros fieri poſſunt.vt notat̃ i. c. de penitentibus de conſe.di.iij.⁊ in.preall'.c.in capite.

xxij.qō. ¶ Xxij.q.eſt an iſtas deiectiones vel introductiones ſolēniter penitētis eps poſſit committere ſimplici ſacerdoti. Sed iuxta hoc querit̃ nunq̃d eps pōt committere ſimplici ſacerdoti ſolēni tatē prime deiectionis ⁊ finalis introductionis ſeu recōciliatio nis:⁊ eſt argu.ꝙ ſic in.c.p̃ſbyter.xxvj.q.vj.⁊.c.aureli⁹ a cōtra. ſenſu.⁊ in.c.penitētes.l.di.Sed ſpecu.tenet contrariū cum iſta ſint ordinis non iuriſdictionis.vt.xxvj.q.vj.c.vlt.⁊.§.j.⁊.ij.⁊ lxviij.di.cor epi.Et hec pnie ſunt ſacramentales.in preall'.c.in capite.⁊ ideo nō poteſt committere alicui inferiori epo. vt in.c. aqua.infra de conſe.eccl'ie vel altaris.licet contra de facto fiat: ſm eum qui dicit ꝙ audiuit quendā virū magne auctoritatis coram dño papa.cle.iiij.contrarium aſſerentem.

xxiij. qō. ¶ Xxiij.q.eſt per quē poteſt imponi publica pnia. Sed aliud eſt publica pnia:nā illā pōt eps cui vult cōmittere cū ſit dignita tis nō ordinis:nā illā preſbyteri ꝑ ſe imponūt vt ſupradictum

Attende q̃dē pri⸗ uata pe⸗ nitentia. fuit.Et ſolēnis pnia cū ſit ſacramētalis vt eſt dictū non eſt reite rabilis.vt in.c.q̃uis.l.di.Priuata autē pnia eſt q̄ pro occultis pctis imponit̃ q̄ ſunt p̃ſbytero ꝯfitēda:⁊ ab eo eſt pnia iniūgen da.vt in.c.p̃ſbyteri.xxvj.q.vj.⁊ in.c.ſi peccauerit.ij.q.j.

xxiiij.qō ¶ Xxiiij.q.eſt qui ſunt caſus ſpecialiter reſeruati epo. Sed hoc fallit in caſibus epo reſeruatis in quibus ſimplex preſbyter nō poteſt indigere penitentiam.Sed confitentes ſunt ad epm re⸗ mittendi qui caſus epo reſeruati ſunt iſti ſm Hoſtien.

¶ Prim⁹ caſus eſt in ſolēni pnia imponēda vt ſupradictū fuit.

¶ Scōs caſus eſt in excōicatiōibus pertinentibus ad epm.

¶ Terti⁹ caſus eſt in quacūq irregularitate contracta.

¶ Quartus caſus eſt in incēdario.in.c.ſi quis mēbrorum.et.c. peſſimum.xxiij.q.vlti.

¶ Quintus caſus eſt in crimine publico.ſicut in blaſphemāte: vt in.c.ſtatuimus.de maledic.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

¶Sextus caſus eſt in voto.in.c.j.de voto.

¶Septimus caſus.ſi ipſe ep̄s audiuit confeſſionem de aliquo peccato.in.c.inferior.xxj.di.

¶Octauus caſus eſt: ſi ſit conſuetudo in aliquo epiſcopatu q̄ ep̄s certa crimina audiat vel q̄ ſibi retineat certos caſus. Sicut de penitentibus q̄ filios opprimunt. De homicidijs: de ſacrilegijs: de falſarijs: de violatoribus eccl'iarū ⁊ immunitatis ⁊ libertatis eccleſiaſtice: de ſortilegijs: de vicio contra naturā ⁊ maxime cū brutis: de inceſtu: de corruptione ſanctimonialium: de ablatoꝝ vel illicite acq̄ſitorum reſtitutione: de piurijs: de clandeſtine ꝯtrahentibꝰ: ⁊ de alijs enormibus que conſuetudo generalis ⁊ ſpecialis ep̄is reſeruatis. In q̄bus etiā ep̄i aliquoties mittūt pctōres ad ſedē aplicā ꝑpter enormitatē ipſoꝝ criminū. ⁊ aliquoties ad terrorē. ⁊ glo.in.c.ſi ep̄s eo.titu.li.vj.poſuit.q̄ndecim caſus epiſcopo reſeruatos. Specu.i reptorio iſto titu. poſuit iſtos caſus ſequentes. Coiens cū moniali cōſacrata virgine vel corrupta. Uel mulier coiens cū religioſo. Uerberans patrem vl' matrem. Deflorator virginis vi oppreſſe vl' ſeducte Uir vel mulier que mortem coniugis machinatur. Abutēs criſmate ſeu euchariſtia vl' re ſacra. Aut furtum in eccleſia faciēs: ⁊ etiam clericus cuius negligentia hoc contingit. Baptizās ꝓprium filiū ſine neceſſitate vel ad baptiſmum vel confirmationem eum tenens. Fractor voti ⁊ cōtrahens poſt votum caſtitatis. Contrahēs vel continens vel religionē intrans inuita vxore poſt copulam ſubſecutā. Maleficus cōfeſſus ſe credidiſſe hereticam prauitatem. Simoniacus quocunq̄ genere. Celebrās excōicatus ſolenniter in eccleſia. Promotus vel ordinatus ab alieno ep̄o.ſine licētia ꝓprij ep̄i. Homicida facto verbo vel conſenſu niſi ſe defendendo: vel niſi in furtū faciente occiſo. In eccleſia maxime conſecrata luxuriā cōmittēs. Coiens cū iudea. Concipiens filiū a non viro quem vir credens filiū in preiudicium aliorum heredum heredem inſtituit. vt i.c. officij infra de peni. ⁊ remiſſi. Procurās abortū vel ſterilitatē in ſe vel in alia. Contrahēs matrimoniū poſt ſponſalia cum alio iuramēto interpoſito contracta. Excōicatus a iudice nolēs exire eccleſiam et diuinū officiū turbans. Scienter celebrās in eccleſia interdicta. Sortilegus diuinus. Demones inuocans pro furtis: vel ꝓ mulieribus / vel quocunq̄ modo. Scienter corpus excōicati

Attende q̄ ep̄i ēt i aliq̄bꝰ caſibꝰ reſeruatiſ. mittūt pctōres ad ſedē aplicā .ſ. i ſequētibus.



(c) 2007 Ministerio de Cultura

in cimiterio ſepeliens. Excõicatus a canone in caſibus in quibus abſoluere poteſt: iuxta notata i. c. ꝑuenit. j. de ſenten. excõ. Clandeſtine contrahens. Publicus criminoſus ⁊ blaſphemator. Itē niſi ipſe eps audiuit ꝯfeſſionē de aliq̄ pctõ. vt i. c. iferior xxj. di. Itē ꝓ oppreſſione filiorum ſtudioſe vel negligēter. Pro ſacrilegio ⁊ incendio. Pro crimine falſi ſiue in litteris ſiue in teſtimonio cõmiſſo. Pro violatiōe eccleſiarū ⁊ immunitate ⁊ libertatis ipſarum. Pro quolibet vicio contra naturā ⁊ maxime in brutis. Pro quolibet inceſtu. Exiſtēs in ſacris ⁊ idem de alijs ſm alios. Coiens cū ea quā baptizauit vel cuius confeſſionem audiuit. Excõicatus ab ipſo epo vſurariꝰ. Celebrās in altari nō cõſecrato vel ſine ſacratis indumentis vel ornamentis. Celebrās nō ieiunus. Itē ꝓ ablatorum vel ſubtractorum vel alias illicite acquiſitorum reſtitutione. Itē vbicūq3 ſolēnis penitētia eſt iniungenda vt ſupra. verūtamen dicit ipſe ſpecul'. ꝙ tot caſus ponere nihil aliud eſt quā poteſtatem ſacerdotū reſtringere q̄ in his eſt ſibi plenarie attributa vt ſupra in pricipio dictū fuit. Ideo breuiter dicēdū eſt ſm ſpec. ſacerdotes oia poſſe in occultis quo ad forū penitentiale q̄ ſpecialiter nō ſunt i iure epis reſeruata vel q̄ nō ſunt ipſis ſacerdotibꝰ directe vel per aliquam cõſequentiā interdicta. vt in. c. at ſi cleri. de iudi. ⁊ in. ca. nup. de ſenten. excõ. ⁊ in. c. inter corporalia. de tranſlatio. epi: vel electi. Hoc aūt tenendū eſt ſm ſpec. ꝙ vbicunq3 fuerit graue vel enorme delictū: tunc iudiciū ſuperioris eſt reqrendum. vt in. c. cum illorum de ſenten. excõ. vt patet in multis caſibus de predictis. Et vbicūq3 difficultas vel ambiguitas inciderit ꝓpter imperitiā ſacerdotis vel ꝓpter caſus grauitatē. vt i. c. per venerabilē. Qui filij ſunt legit. ⁊ in. c. ſummopere. xj. q. iij. ⁊ i. c. cū eterni. de re iudicata. lib. vj. Eidem qd dictum eſt de ꝑdictis caſibus. idē ⁊ dicendū eſt de oibus caſibus in q̄bus ſic eſt in qualibet eccl'ia fieri conſuetū. vt in. c. in his. xj. di. ⁊ in. c. ſup eo. de cogna. ſpūa. Et idē eſt vbicunq3 diſpēſatio epo ſpecialiter reſeruatur. Unū tamen eſt ꝙ in articulo neceſſitatis etiā in ꝑdictis caſibꝰ ⁊ alijs etiam ſibi non conceſſis poteſt quilibz per ſacerdotē abſolui. vt xxvj. q. vj. c. vlti. ⁊ de ſepul. c. vlti. Itē etiam hoc notandum eſt ꝙ habens ab epo plenariā poteſtatē in his q̄ ad forū aīe pertinent eandē poteſtatē hz etiā in illis caſibus q̄ ſuperiori pape reſeruantur. vt in. c. nup. j. de ſenten. excõ. de quibus caſibꝰ pape

Attende ꝙ cõmiſſariꝰ epi cui ipe epiſcopus commiſit vices ſuas in caſibus ſibi reſeruatiſ nō poteſt

(c) 2007 Ministerio de Cultura

reſeruatis ſupra dictum fuit. Et vltra hoc etiã notandum eſt ꝙ in caſibꝰ in quibus eps habet poteſtatẽ etiã ille cui ipſe eps vices ſuas cõmiſerit põt ſuam iuriſdictionez exercere preterꝙ̃ in quinꝙ̃ caſibus. Primꝰ eſt vbicunꝙ̃ ſolennis penitẽtia imponenda eſt vt ſupra dictũ fuit. Scd̃s eſt: q2 ille habẽs talem poteſtatem ab epõ nõ poteſt abſoluere ab excõmunicatione a qua eps poteſt abſoluere niſi ſpecialiter hoc ſibi cõmittat. vt i. c. peruenit. j. de ſenten. excõ. Tertiꝰ eſt vbicũꝙ̃ inuenit irregularitatem contractam: nam tunc debet penitẽtem ad epm remittere: vt ipſe diſpenſet cum eo ſi poteſt: vel cum litteris ſuis illum remittat ad papam. Quartus eſt in incendiarijs ſm quoſdam: vt in ca. ſi quis mẽbrorum: et ca. peſſimam. xxiij. q. vlt. Quintus eſt quando eſt de cõſuetudine alicuius diocecis ꝙ certa crimina ad epiſcopum remittãtur. — iuriſdictionẽ exercere in qnꝙ̃ caſibus ſeq̃ntibꝰ quã nis ſunt epiſcopi.

¶ Vicceſima quinta q̃ſtio eſt: an ſacerdos cui eps cõmiſerit vices ſuas poſſit alteri cõmittere quo ad ꝯfeſſiones audiendas. Et ad hoc reſpondetur ꝙ non poteſt ſubdelegare. vt in. c. fi. §. ceterũ infra iſto ti. et in. l. a iudice. C. de iudi. — xxv. qõ.

¶ Vicceſima ſexta qõ eſt: an p̃ſbyter parrochialis cui eps cõmiſerit vices ſuas poſſit ab oĩbus pctĩs abſoluere: vl' teneat̃ de neceſſitate de aliquibus pctĩs ad epm remittere. Redeũdo ergo ad principale pctm̃. ſ. Utrũ parrochialis ſacerdos vel aliꝰ cui eps dedit poteſtatem audiẽdi ꝯfeſſiones põt imponere pniaz de oĩ crimine ſubditis. Uel an teneatur de neceſſario aliquos ad epm remittere. Et breuiter hanc q̃ſtionẽ poſuit archidia. in roſario in. c. placuit: de peni. di. vj. Et poſuit eã guill'. de mõ. lãdi. in ſacramentali in ti. de baptiſmo: in lectura. c. maiores eo. ti. Et archi. in dicto. c. placuit: dat regulã ꝙ regulariter ſacerdos parrochialis vel cõmiſſarius epi põt imponere ſubditis pniaz de omni crimine: niſi in caſibus epõ reſeruatis de q̃bus ſupradictũ fuit. In q̃bus caſibus et in alijs enormibus criminibus dicit ꝙ aliquando aliqui mittũtur ab epis ad ſedẽ apoſtolicã ꝑpter enormitatẽ criminũ ⁊ ad terrorẽ. ſm Raymũdũ in ſumma. titu. de peni. §. debet quilibet. cũ duobus paragraphis ſequentibus. Et guill'. vbi ſupra dicit circa hoc eſſe diſtinguendũ ſic. Nam aut ineſt articulus mortis et neceſſitatis: et tunc quilibet ſacerdos rite ordinatus poteſt in omni caſu abſoluere: vt in. c. paſtoralis infra de offi. ordina. aut nõ imminet articulus — xxvj. qõ.



(c) 2007 Ministerio de Cultura

mortis et neceſſitas: et tūc dicit ꝙ eo ipſo ꝙ cura aiarū alicui cō miſſa eſt omnia videnẗ ei cōmiſſa ſine qbus illā curam bene ex ercere non pōt. vt in. c. preterea infra iſto titu. ⁊ dicit ꝙ hoc ſit ꝓ regula. Sed dicit ꝙ hoc fallit in caſibus ꝑ papam ſibi a iure re- tentis vt quando retinet ſibi abſolutionē ab excōicatione vel ſuſpenſione: nā quādo nō retinet intelligitur epīs cōmiſiſſe: vt in. c. nuper infra de ſentē. excōi. Itē fallit illa regula in caſibus reſeruatis ꝑ ſtatuta legatoꝝ/archiepōꝝ: epoꝝ ⁊ alioꝝ ſuperio rū facta in conſilio vel in ſinodo: itaqꝫ dat regulā generalē ꝙ ſi ſacerdos recte ordinatus ſit ⁊ nulla cenſura eccliaſtica ligatus et canonice inſtitutus in omni caſu exceptis predictis iurib⁹ et ſtatutis hodie in non retentis expreſſe ꝑ ſuperiores vi poteſta tis caracteris presbyteralis et clauis cōmiſſionis cure a quocū- qꝫ pctō ſubditū ſuū idoneum abſoluere pōt alias in predictis caſibus exceptis ſubditum ſuū pro abſolutione obtinenda ad ſuperiorē debet remittere: vt in. c. multiplex. de penitē. di. j. Et ſi queratur cauſa quare ſuꝑiores ſibi retinent aliquos caſus vel papa in iure vel alij in ſtatutis ſuis. dicit ipſe ꝙ hoc fit propter duas rōnes. Una ratio eſt ꝓpter imperitiā inferiorū rectorum ꝓpter quā in arduis caſibus volūt merito ad ipſos haberi re- curſum. vt in. c. oīs vtriuſqꝫ. de peni. ⁊ remiſſi. Alia rō eſt qꝛ vo lunt ſcire ſuperiores contritiones penitentiū ⁊ ideo volūt in ꝓ pria perſona audire confeſſiones eoꝝ vt magis agrauētur. Et ſi queratur qua auctoritate poſſunt ſuperiores inferiorib⁹ preſ byteris poteſtatē reſtringere cū olim idem eſſet presbyter qui ⁊ eps: et cōtra: ut in. c. olim. xcv. di. Et cū tāte virtutis ſit caracter ſimplicis presbyteri ſicut epi: vt in. §. ecce. xvj. q. j. Et cū nullam poteſtatem habeat papa ſuꝑ caractere aſſumpto per ſacramē- ta impreſſo dicit ipſe Guill. ꝙ licet ſuper caracterē pſbyteri non habeant poteſtatē nec eius officium reſtringere poſſunt: tamē poſſunt i certis caſibus ſubtrahere ⁊ ſibi retinere populū ipſis presbyteris cōmiſſum. Et ſic presbyteri non habentes materiā in qua exerceant ſuum myſterium habēt neceſſario ceſſare ſi- cut faber habet neceſſario ceſſare ſi non habet materiā ſeu ferrū in quo exerceat artem ſuā. Et certū eſt ꝙ ſolam poteſtatem cō- mittendi populū et ſubtrahendi cōmiſſum deus commiſit ſoli pape: vt in ca. in nouo. xxj. di. et Petrus ſeu eius ſucceſſores prout volunt ipm inferioribus prelatis cōmittunt: vt in ca. ad

Attēde q̄ eſt cauſa quare papa vl'ali⁹ ſuꝑior reſeruāt ſibi abſolutionē aliquorum pctōꝝ.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

honorem: de vſu. pall. et in. c. mãdata. de preſum. Et predictam opinionem φ etiã ſimplices preſbyteri imponere penitentiam ſup enormibus: ⁊ ſic ſuper omni crimine tenẽt. Jo. an. ⁊ Anto. ſup tex. iuncta ſupſcriptione: ⁊ in ca. deus qui. eo. titu. ibi cũ dicitur: in tex. pro fornicatione: adulterio homicidio. et in ſuprascriptione cũ dicitur liuionieñ. epõ et eis qui cũ ipſo ſunt fratribus: nam homicidium eſt de enormibus: vt in cap̃. fi. de tẽpo. ordina. Et idem etiam tenet frau. in preall. ca. deus qui. in. iij. notabili. vbi dicit φ licet ſimplex ſacerdos poſſit imponere penitentiã ſup enormibus vt probatur per ſupradicta: tamen epĩ ſolent ſibi reſeruare penitẽtiã publicorũ et enormiũ criminum vt homicidij et ſimiliũ vt notatur in glo. in. c. ij. eo. titu. li. vj. Et ſic concludite φ ſi non ſit facta reſeruatio a iure vel a ↄſuetudine vel ab homine quilibet preſbyter ſimplex ſuper quocũqȝ crimine etiam magno et enormi poteſt imponere penitentiam et abſoluere penitentem ⁊ nõ eſt neceſſarium ſuper aliquo crimine remittere penitentem ad epiſcopum vel ad papam. Ex iſtis elicitur prima concluſio. ſez.

# ¶ Prima concluſio.

¶ De omni crimine licet enormi reſeruatione non facta poteſt ſacerdos ſimplex abſqȝ remiſſione neceſſaria pape vel epiſcopi: penitentiam iniungere vel abſoluere penitentem.

¶ Et licet ſupradictum fuit φ officialis epĩ habet curã animarum tamẽ dicit hoſtien. nõ puto φ in penitentijs iniũgẽdis officialis epĩ poteſtatẽ habeat: ſed ſolũ poteſtatẽ hȝ in ↄtentioſis tantũ et in illis cõtentioſis vnũ ⁊ idẽ conſiſtoriũ eſt epĩ ⁊ officialis: ⁊ ideo in iſtis contentioſis ab vno ad alterũ nõ põt appellari: vt in. c. romanã. §. rñ. de appella. et in. c. nõ putamus. de cõſuetu. li. vj. et hoc eſt verũ niſi appareat φ eps hoc ſibi cõmittere voluit. ſ. qꝛ hoc expreſſe ſm hoſti. in tit. de peni. ⁊ remiſſi.

¶ Uiceſima ſeptima qõ eſt an: ſacerdos de neceſſario teneť ſeqȝ canones pniales / vł an libere nõ curãdo de ipſis poterit imponere pniam arbitrariã. Et circa hoc inno. Jo. an. ⁊ Anto. ⁊ alij doctores in preall. c. oĩs vtriuſqȝ. dicũt φ licet ſatiſfactio ſit imponenda arbitrio ſacerdotis: vt in ca. ſignificauit eo. titu. tñ reſtitutio male acquiſitorũ facienda eſt leſis ſi reperiantur. xxvij. q.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

xxviij. q. ¶ Uicesima octaua qõ est: an ſacerdos poſſit facere grãm circa restitutionẽ male acquiſitorum: et dicunt quod circa hãc restitutionem ſacerdos grãm facere nõ põt quia non dimittitur pctm̃ niſi restituatur ablatum: vt in ca. cũ tu. de vſu. In alijs aũt excepta restitutione dicunt quod ſacerdos arbitrari põt conſiderata cõditione penitentis: vt in ca. menſurã. de peniten. di. j.

xxix. qõ. ¶ Uicesima nona questio est: an ſit neceſſarium ſcire canones pniales et est dicendũ quod quia ſacerdos ante oia debet exponere penitenti quantũ deliquit et quantũ pniam agere debet de iure ideo de neceſſario habet ſcire canones pniales: et ſi penitẽs dicat quod paratus est illã pniam facere debet ei illã iniũgere remittendo ei de grã duo aut tres vel plures annos cõſiderata multitudine pctõrum et numero annorũ iniũgendorũ: vt notatur i ca. alligant. xxvj. q. vltima. Si vero penitẽs nõ ſit ita paratus tũc ſacerdos poteſt imponere ſibi penitentiã arbitrariã etiã leuiſſimam et debet ei iniũgere quod oia bona q̃ faciet et mala q̃ tollerabit pter deũ ſint ei pro pnia et proficiant ſibi ad ſalutẽ et ſic abſoluat eũ in quantũ põt et debet: nõ aũt ſimpliciter ſicut quidã ſimplices indiſcrete faciũt ne indiſcrete abſoluendo ſeipm obliget: nec eſt multũ querendũ quantũ põt ſacerdos dimittere de pnia peccatorũ/ſed firmiter credendũ eſt quod deus in multis ſequtur arbitriũ ſacerdotis. Sed cõtra pdicta opponitur: de. c. quẽ penitet: de pe. di. j. et de. c. fratres. et de. c. falſas: de pe. di. v. Solutio. dicendũ eſt: quod nõ obſtat ad pdicta cap. quẽ penitet. de peni. di. j. vbi dicit tex. quod deus non ſoluit quos putat ſacerdos ſoluere ſed in quos opus miſericordie et iuſticie exercemus: quia ibi loquitur de illis qui errant in facto vel in iure diuino.

xxx. qõ. ¶ Tricesima queſtio eſt: quomodo ſacerdos errat in facto vel in iure diuino. Et dicendũ eſt quod in facto errat quia non credit aliquos eſſe peccatores qui ſunt. In iure diuino errat quia aliquod peccatum reputat modicũ et leue quod eſt magnum et graue: tunc enim non ſufficit penitentia impoſita per cap. manet. xxiiij. q. j. Illud autem quod ſacerdos moderate et diſcrete remittit deus ratum habet: nec obſtat etiam predi. cap. fratres: de peni. di. v. vbi dicit tex. fratres noſtros epiſcopos et presbyteros admonemus ne falſis penitentijs laicorũ animas decipi et in infernũ protrahi patiantur: quia ibi loquitur de illis qui agunt penitentiam de vno peccato et non de alio ſicut in cap. quod quidã in=

(c) 2007 Ministerio de Cultura

fra de penitentia ⁊ remiſ. ⁊ per cap. ſunt plures: de peniten. di. iij. nec obſtat etiā ca. falſas: de peni. di. v. vbi dicit Grego. falſas penitentias dicimus q̄ non ſm auctoritatem ſanctorum patrū pro qualitate criminis imponūtur: qꝛ loquitur de illis qui nō reſtituūt alienū vt ipſi ſequit̄ ſm Inno. ⁊ Anto. ꝙ probatur p ca. ſi res aliena. xiiij. q. vj.

¶ Tricesima prima q̄ſtio eſt: quomodo intelligit̄ illa auctori= xxxj. qō.
tas quodcunq̄ ligaueris ſup terram erit ligatū in celo/ ⁊ quod cunq̄ ſolueris erit ſolutū in celo. Et dico qđ debet intelligi con= currentibus iſtis ex parte penitētis: ꝙ ſi talis mereatur ſolui. ſ. quia perfecte agit penitentiā de omnibus peccatis ⁊ non deti= net aliena: ex parte cōfeſſoris ꝙ adhibeat clauē diſcretionis et ſententia eius errore careat tunc ſolutus per eū: erit ſolutus in celo alias non. ſm glo. et archi. in. c. manet. ⁊. c. quē penitet all'. et in. c. remittunt̄. xxiij. q. v. Si ergo penitens talis eſt et taliter cōtritus et taliter diſpoſitus ꝙ mereretur abſolui: et ſacerdos diſcrete agit quia nō errat in facto nec in iure: et ita non errans ſed diſcrete agens iuſte arbitratur circa impoſitionē penitentie et circa abſolutionē tunc penitens tutus erit cū penitentia arbi trio ſacerdotis impoſita: alias ſi ſacerdos imperitus eſt ⁊ indi ſcrete agit errans in facto vel in iure vt eſt dictū: et penitens ſcit vel credit eum imperitum tunc penitens cum tali penitentia ar bitraria non eſt tutus vt notat glo. in. c. menſuram de peniten. di. j. Et ex his elicitur ſecunda concluſio.

## ¶ Secunda concluſio.

¶ Arbitraria penitentia ſacerdotis iuſte arbitrantis ⁊ nō errantis penitēs qui meretur abſolui tutus eſt: alias ſine his non eſt tutus.

ET intelligit̄ ꝙ nō eſt tutꝰ: qꝛ nō obſtāte illa penitētia inſuf ficiēti talis penitēs in purgatorio punict̄: qꝛ vt dicit iaco bus de voragine in legēda ſanctorū in cōmemoratione omniū fideliū defunctoꝝ in fine ſecūde colū. ſecūdi qui in purgatoriū deſcendūt ſunt illi qui ſatiſfactionē ſibi iniunctā cōpleuerūt: ſꝫ tamen illa penitentia ſibi iniuncta vel ignorantia vel negligē tia ſacerdotis ſufficiens nō fuit: iſti enim niſi magnitudine cō tritionis defectū penitentie ſuppleant totū in purgatorio com plebunt: quia minus q̄ debebant in hac vita fecerunt: nā deus

(c) 2007 Ministerio de Cultura

qui modos ⁊ menſuras peccatorũ et penarũ nouit addit penã
ſufficientẽ: ne aliquod pctm̃ impunitũ remaneat: vnde dicit ip
ſe ꝙ penitentia iniuncta aut maior eſt aut equalis: aut minor.
Si eſt maior tunc illud quod plus fecerit cedit ei in augmentũ
glorie: ſi eſt equalis tũc ſufficit ad diminutionem ipſius culpe.
Si eſt minor: tunc illud quod reſtat ſuppletur ex virtute diui=
ne iuſticie ſcd̃m predictum iacobum vbi ſupra.

¶ Tricesima ſcd̃a q̃ſtio eſt: de pluribus cõſilijs exhortationibꝰ
auiſationibus cõfeſſoꝝ erga penitẽtes. Et dico ꝙ pro informa=
tione cõfeſſoris qualiter debeat inſtruere penitentẽ quomodo
debet ieiunare: tex. eſt in. c. deniqꝫ: in. iiij. diſtin. Itẽ confeſſor de
bet exhortare penitentẽ: ꝙ oẽs ſanctiones ſedis apoſtolice reci
piat ita ſicut ſi ipſius beati Petri diuina voce firmate fuiſſent:
tex. in. c. ſic omnes. xix. di. Itẽ debet confeſſor exhortare penitẽ
tem ꝙ ſit tam fortis ⁊ tam vigilans in celeſtibus ſicut in rebus
terrenis: ⁊ qualiter debet a cupiditate q̃ radix oim̃ malorũ eſt
ſeparari. xlvij. di. ca. oẽs huiꝰ ſeculi delectatores: ⁊ ca. virum: ⁊
ca. bonorũ: et ca. ſicut hi q̃ per inſaniã. Item dꝫ exhortare ꝙ nõ
peccet vt hominibus placeat: tex. eſt. ea. di. c. vlti. in fine. Item
alia optima exhortatio quã confeſſor debet facere clericis peni
tentibus in diuerſis vicijs conſtitutis qualiter cõparantur ce=
cis: claudis: giboſis et leproſis. ⁊ ꝙ dum vicijs ſunt ſubiecti pa
nes deo offerre ꝓhibentur: nec aliena delicta diluere valent illi
quos ꝓpria delicta deuaſtãt. xlix. di. c. hinc etenim. ⁊. c. vlt. Itẽ
debet ꝯfeſſor exhortare clericos penitẽtes: ꝙ tunc miniſtrando
deo placere poterunt: cum ꝑ penitentiam ab omni ſorde pecca
torum fuerint purgati. l. di. c. ⁊ purgabit. ⁊. c. ferrũ. ⁊. c. cũ exau=
diero. Item alia exhortatio ſiue inſtructio pro cõfeſſoribus: ꝙ
nõ audeant indiſcrete cõcedere remiſſionem peccatorum peni
tentibus quia nihil agunt. l. di. c. abſit: ⁊. c. ſi q̃s prepoſtera. Itẽ
alia et optima exhortatio contra prelatos ⁊ cõfeſſores qui pal
pant crimina cõfitentium: ⁊ adulantur eis ꝓ modica penitẽtia
remittẽdo eis magna peccata ꝙ nõ poſſunt: ſed magis nocent
ipſis penitentibus: ⁊ ipſi penitẽtes ꝯquerẽtur corã deo de ipſis
prelatis et cõfeſſoribus qui eos deceperunt et in peccatis per=
manere permiſerunt. l. di. ca. ſi quis prepoſtera: et in ca. ſi quis
diaconus: in fine. Item alia optima informatio pro confeſ=
ſoribus: ꝙ qui confitetur peccata: coram angelis dei confi=

(c) 2007 Ministerio de Cultura

tetur. Et ꝙ ſi peccator per ieiunia ⁊ eleemoſynas: et vigilias: ⁊ ſacras orationes ſe a peccatis purgauerit: tunc ei ſpes venie de miſericordia dei ꝓmittenda eſt. l. di. c. de his vero ad finē. Itē conſilium confeſſoris bonum erga penitentem. ſ. ꝙ mandet penitenti ꝙ mutet ſe ad alium locum ſi vult agere penitētiam: qꝛ congruum eſt inde corporaliter euelli vbi quiſq; illecebris deſeruiuit. lxxxj. di. c. valet. Item pulchra exhortatio quā confeſſor debet facere penitenti: ꝙ diebus quibus ieiunat non debet ſaltus ⁊ ſiluas venando cū canibus perluſtrare: nec retia ad piſcandū diſponere: nec ſeruos ſecū trahere qui ad eccleſiā vellent ire in quo reus eſt: nō ſolū de ſuo delicto: ſed de ꝑditiōe ſeruorū. Sed debet primo diluculo ad eccleſiā vigilare ⁊ bonorū martyrū ſacra loca perquirere. lxxxvj. di. c. amputatis. Itē fructuoſa informatio quā confeſſor debet facere penitenti qualiter ſe debet habere ⁊ quid debet obſeruare in eleemoſyna faciēda. lxxxvj. di. ca. non ſatis. Itē bona perſuaſio quā confeſſor debet facere penitēti ſeu peccatis dedito ꝙ quāto morti vicinior efficitur tāto ſolicitior ⁊ ſtudioſior eſſe debet. lxxxvj. di. c. tāta neqtia. Item alia perſuaſio quā confeſſor debet facere penitenti: ꝙ viduis: pupillis et orphanis et alijs perſonis miſerabilibꝰ auxilium p̄beat. lxxxvij. di. c. j. ij. iij. ⁊. iiij. Itē alia exhortatio quā debet confeſſor facere contra penitentes qui pacem nō habent cū ꝓximis. xc. di. nec ad caym. Itē optima exhortatio quā cōfeſſor penitentibus oībus et maxime in peccatis induratis facere debet: ꝙ moderatio ⁊ pietas dei ſolū noſtrum redditum requirit: atq; nos cupit ſua longa bonitate ſaluari: ſed ſi non conuertimur ſi duri colli ſimus ſi in peccatis vſq; ad mortem illicite perduramꝰ: aſſidue peccantiū nō miſeret̄ deꝰ. xxiij. di. c. diaconi. in magno. in fine. Itē alia exhortatio quā debet facere cōfeſſor epis ⁊ alijs prelatis: ꝙ debēt paſcere gregē ſibi cōmiſſum nō vt dominātes in clero: ſ; forma facti gregis ex animo: vt cū apparuerit princeps paſtorū percipiāt immarceſſibilem coronam glorie: ⁊ ꝙ non dedignent̄ audire ſubditos. xcv. di. c. eſto ſubiectus. Itē confeſſor deb; refrenare epōs a vana gloria: exēplo gregorij: qui nolebat proſperare verbis ſed moribus. xcij. di. c. ecce in prefatione. ⁊ dicens ꝙ nihil in epāli ceruice ſplendidius fulget ꝙ̄ humilitas. ea. di. c. contra morē. ij. ad finē. Item alia exhortatio ꝯfeſſoris ad oſtendendū penitētibus ꝙ̄ graue

(c) 2007 Ministerio de Cultura

et capitale crimē ꝛ heresis ſimoniaca ſit ſpiritusſancti donū precio comparare: et ꝙ deteſtabiliter vtroqꝫ teſtamento vindicatū ſit per multa exempla. j. q. j. ca. qui ſtudet donū dei. Jtē alia exhortatio cōfeſſoris ad deteſtationē ſimonie ꝛ auaritie ꝙ omnes cupidi ꝛ oēs auari giezi ſpiritualem leprā cuꝫ diuitijs ſuis poſſident: ꝛ male queſita mercede nō tā patrimonij facultatem ꝙ theſaurū criminum cōgregarūt eterno ſupplicio ꝛ breui fructu. j. q. j. c. cito turpem in fi. Jtem alia exhortatio ꝯtra ſimoniā ꝛ contra ſimoniacos ſacerdotes. j. q. j. c. eos. ꝛ. c. iudices. ꝛ. c. nō eſt putāda: ꝛ ꝙ maior metuēda eſt locis illis calamitas vbi interceſſores ſimoniaci ad locum regiminis adducunt. ea. q. ca. frater in fi. Et alie multe exhortationes notāde cōtra ſimoniacos ponunt: ea. q. c. odit deꝰ. ꝛ. c. manifeſtū. ꝛ. c. maledicā. ꝛ. c. omnia. ꝛ. c. ꝓphetauit. ꝛ. c. per Eſayā. Jtē exhortatio contra ſimoniacos ꝙ non intrant p oſtium. i. per xp̄m: ſed fures ſunt et latrones. ea. cauſa ꝛ q̄ſti. c. ordinatiōes. Et doctrina de modis quibꝰ cōmittitur ſimonia. ea. q. c. ſunt nōnulli. Poſtrema ꝛ p̄ncipalis exhortatio ꝛ increpatio aſpera quā debet facere confeſſor contra penitentes ſimoniacos/ qui ſacerdotiū vel epiſcopalem ſeu ſacerdotalē dignitatem iniuſto cordis amore vel ſordidis p̄cibus oris vel comitatu vel manuali ſeruitio ſiue fraudulēto munuſculo acq̄ſierint ꝙ ſi i vita ſua ſacerdotiū ꝛ dignitatē ſic ſimoniace acq̄ſitam nō ſpōte reliquerint/ ꝛ ſi tales ſimoniacos mores in aſpera penitentia nō inuenerit tales ꝓculdubio in eternū peribunt. j. q. j. c. ſi quis: nec ſanctis pollens moribꝰ. Jtem verba cōſolatoria q̄ cōfeſſor debet dicere penitenti qui tēptationibus affligitur. habent. ij. q. v. c: habet hoc. in prin. ꝛ. v. q. v. nō oīs qui parcit. Jtem exhortatio quā debet facere cōfeſſor ep̄o qui ꝓpter infeſtationes maloꝝ vult ingredi relegionē: et vult deſerere gregē ſibi cōmiſſum: ſuadēdo ꝙ hoc facere non debet/ q꞉ hoc rep̄henſibile eſt valde/ ocio ꝛ quieti ſe tradere ꝛ ſe ſolūmodo ſaluare: ꝛ filios orphanos relinquere. vij. q. j. c. ſuggeſtū eſt. ꝛ. c. ſuſcitatis. ꝛ. c. aduerſitas cum. §. ſequenti. ꝛ capitulis ſequētibus vſqꝫ ad finē. q. ꝛ. viij. q. j. c. in ſcripturis. ꝛ. c. q̄ epiſcopatū. Jtē dura reprehēſio quā debet cōfeſſor facere cōtra ep̄os deſides ꝛ negligentes ſub quibus populus patitur famē ꝛ ſitim audiendi verbū dei qui mercenarij ſunt: ꝛ contra ep̄os ſupbiētes de dignitate ep̄ali: cū propter hoc magis timidi de=

(c) 2007 Ministerio de Cultura

beant eſſe q2 potentes potenter tormēta patiētur: q2 ipſi cū ſint
peiores laicis vehemēter eccleſiā dei deſtruūt. viij.q.j.c. auda=
cter.z.c.ſequēti.z.c.illud.z.c.qualis cū tribus capitulis ſequē=
tibus. Item debet confeſſor declarare penitētib⁹ / ꝙ viuant ſub
eccleſiaſtica regula.xj.q.j.c.aliud. Itē alia exhortatio confeſſo
ris cōtra excōicatos.ſ. ꝙ debet exhortare penitentē ne in excōi=
cationē incidat ne ꝓpter hoc rapido ore demonū decerpat. xj.
q.iij.ca.abſit.et ne in pctm̄ mortale cadat q2 ꝓpter hoc: de⁹ tra
dit ipſum ſathane et refugit a cogitationibus malis eius et re-
linquit domū cordis ei⁹ vacuā.xj.q.iij.ca.audi deniq3: z quā=
tum dz formidare in excōicatione cadere z ꝓpter hoc ab eccl'ia
et corpore xp̄i ſeparari.ea.q.c.omnis xp̄ianus: z.c. nihil. Itez
confortatio cōfeſſoris ad penitentē.ſ. ꝙ ſi ex cōſcientia ſua iuſti
ficatus eſt alioꝝ maledicta non timeat.xj.q.iij.c.in cunctis cū
tribus capl'is ſequētibus. Itē exhortatio ꝯfeſſoris ꝯtra iratos.
ea.q.c.illa.et.c.ita. Itē alia exhortatio confeſſoris contra iudi
ces: qualiter debēt ſentētias cū multa maturitate z ſine aliqua
venalitate proferre.xj.q.iij.ca.ſummopere. et cū duobus capi
tulis ſequētibus.z.c.quattuor modis: cū trib⁹ capl'is ſequenti
bus. Itē alia contra negantes xp̄m multis modis. ea. cauſa.c.
abijt.z.c.eſtimāt.cū duobus capl'is ſequentib⁹. Item alia pul=
chra exhortatio quā cōfeſſor debet facere penitētibus ne in ma
lis et factis atrocib⁹ obediant dn̄is vel p̄latis ſuis ea.cā.c. ſi q̄s
ep̄s aut abbas.z.c.non eñ ſemp.z.c.ſi dn̄s.cum. viij. capl'is ſe
quētibus. Itē exhortatio cōfeſſoris ad penitentē ꝙ nō ſolū de=
bet curare de bona vita z ꝯſcientia: ſed etiā de bona fama: nam
conſcientia eſt neceſſaria ſibi: fama ꝓximo ſuo: q2 qui confi=
dēs cōſcientie negligit famā ſuā crudelis eſt. Itē alia exhorta=
tio quā ad ep̄os confeſſor debet facere.ſ. ꝙ nō eſt ep̄orū ſeruare
aurū et a ſe reuocare mēdicantis manū. Nam dicebat Aug. tā
multi petūt: tā multi gemūt: tā multi inopes nos interpellāt vt
plures triſtes relinquam⁹: q2 ꝙ dare oibus vellem⁹ nō habem⁹
xij.q.j.c.nolo. Itē alia exhortatio confeſſoris contra ypocritas
qui ſimulant ſe nō habere ꝓprium z occulte habent q2 malum
eſt cadere a ꝓpoſito ſed peius eſt ſimulare ꝓpoſitū: nā ſi nō ſer
uat aliqs foris ſanctitatē: dimidi⁹ cecidit: ſi intus habeat ſimu
lationē totus cecidit.xij.q.j.c.certe. Itē principalis exhortatio
ꝯfeſſoris ad penitētes: ꝙ multo magis debēt curare de aiabus

(c) 2007 Ministerio de Cultura

ꝙ̃ de omnibus alijs: cū anime hominū precioſiores ſunt omni
bus rebus. xij. q. j. c. precipimus: ⁊ maius dānū eſt in perditio
ne vnius anime quā in perditione innumerabilium corporū.
xxiiij. q. iij. c. ſi habes: ad fi. Itē exhortatio confeſſoris ad peni
tentes ꝙ nō reddant mala pro malis: nec reddant mala ꝓ bo=
nis/ſed reddant bona pro bonis. xxiij. q. ij. cap̄. ſex differentie.
Item alia exhortatio confeſſoris ad penitentem: ꝙ non ſociet
malis nec malum cū eis committat: nec committentibꝰ faueat
ſed corrigat et caſtiget: ⁊ puniat delinquentes ſi poteſtatē habꝫ
et ad minus ſi aliud facere nō poteſt: nec faciat malum nec ap
probet factum. xxiij. q. iiij. ca. ita plane. Item inſtructio ꝓ con
feſſore ꝙ ea q̄ ſunt commiſſa contra deū nō poteſt ſine peniten
tia relaxare. xxiij. q. iiij. ca. ſi is qui p̄latus eſt. Item doctrinam
confeſſoris ad penitentē qualiter debet diligere proximū ſicut
ſeipſum hoc modo vt proximū ſuū vel beneficij conſolatione:
vel doctrine informatione: vel diſcipline correptione: adducat
ad colendū deū. xxiij. q. iiij. c. vlti. Item doctrina notabilis. ſ. ꝙ
ſi quattuor homines vel quinq̧ vel plures cōtra vnū [illegible]rati fue
rint ⁊ ab his vulneratꝰ mortuus fuerit quicūq̧ eoꝝ plagam ei
impoſuit ſꝫm ſtatuta canonū vt homicida iudicet̄: reliqui autē
qui eū impugnabāt nolentes eū interficere ſimiliter peniteāt q̄
nec auxilio eū impugnabāt nec vulnerabāt nec conſilio nec au
xilio cooperatores fuerūt ſed tm̄ affuerunt extra noxā ſunt et
ex his debet cōfeſſor inſtrui qualiter p̄dictis imponat peniten
tiā. xxiij. q. viij. c. vlti. Itē qualiter poteſtatem ligandi ⁊ abſol=
uendi eccleſia in pſona petri accepit. xxiiij. q. j. c. qōcunq̧ liga=
ueris. Itē notabiliſſima auiſatio quā confeſſor in principio cō
feſſionis debet facere penitēti: ꝙ videat ⁊ pſcrutetur bene ſi eſt
ligatus aliqua excōicatiōe maiori vel ſi habet aliquā hereſim
occultā vel p ſciſma vel per aliā cauſam ab eccleſia eſt diuiſus:
q̄ꝛ niſi prius abſoluat̄ ab illa excōicatione ⁊ alijs predictis nō
pōt a vinculis pctōꝝ abſolui nec ianuā regni celeſtis ingredi.
xxiiij. q. j. c. cunq̧ ab vnitate. Item ꝙ confeſſor erga penitētes
potius debet eſſe miſericors ꝙ̃ ſeuerus. xxvj. q. vij. c. alligant.
Item optima informatio confeſſoris ad arbitrandū circa pe=
nitētias imponēdas: conſideranda facta dicta conſilia ſcripta
ꝓ q̄bus debet imponere pniam ſeptē modis. ſ. ſꝫm cauſas: pſo
nas: loca: ⁊ tēpora: quātitatē: qualitatē: euētū: habet̄ de peni

(c) 2007 Ministerio de Cultura

tentijs.di.j.aut facta q̃ eſt lex.aut facta.ff.de penis. Jtē exhorta
tio confeſſoris ꝓ habenda contritione ꝙ peccatoꝛ ſemꝑ doleat:
et de doloꝛe gaudeat ⁊ non ſit ſatis ꝙ doleat ſed ex fide doleat
et nō ſemꝑ doluiſſe doleat.de peni.di.iij.c.ſi apoſtolus. ⁊ ꝓ om
nibus partibus penitētie: ꝙ in coꝛde ſit contritio.in oꝛe ꝯfeſſio:
in opere tota humilitas: et hec eſt fructifera pnīa.ea.di.c. perfe
cta: vbi ponit archi.cauſas ꝓpter quas gaudēdū eſt in tribula
tionibus ꝓpter qđ de tribulatione et doloꝛe debet gaudere pe=
nitens. Jtē exhoꝛtatio aſpera confeſſoꝛis contra penitētes qui
poſt penitentiā frequenter redeūt ad peccata: ⁊ ꝙ tales ſunt irri
ſoꝛes ⁊ nō penitentes.ea.di.c.penitētes.⁊ ca.irriſoꝛ.cū.vij.capi
tulis ſequentibꝰ. Jtē ꝙ̃ fructuoſus eſt pſalmꝰ.l. Miſerere mei
deus: ad delendū peccata cuiuſlibꝫ penitentis ⁊ quō pctōꝛ per
pnīaꝫ mutat feditatē vulneris in ſanitatis decoꝛē.habeť.ea.di.
c.totā pnīam pctōꝛis: ideo ſatiſfactio que debet fieri ꝑ oꝛationē
iniungi debet penitēti in dicendo pſalmos pnīales: ⁊ maxime
dicēdo hunc pſalmū. Miſerere mei deꝰ: ſe diſciplinando vl' foꝛ
titer percutiendo in pectoꝛe: quādo diciť. Tibi ſoli peccaui Ja.
do. Jtē exhoꝛtatio ſalubꝛis confeſſoꝛis ad penitentē ꝙ hoc eſt
magnū vt peccatoꝛ pctā ſua cognoſcat ⁊ memoꝛiā eoꝝ ꝑſeue=
ranter retineat qꝛ nullū inuenitur tale remediū delictoꝛū ſicut
eoꝛū continua memoꝛia.vt ea.di.c.iudas. Jtē increpatio aſpe=
ra cōfeſſoꝛis cōtra penitentes qui putant ſe agere bonam pnīaꝫ
penitendo de quibuſdam peccatis ⁊ de alijs nō. Jtē ſpecialis
inſtructio ꝓ confeſſoꝛe ꝙ debet talem penitentiā imponere pe=
nitenti ꝙ ſtatim ꝑ eum anteq̃ʒ peccet poſſit impleri et ita dꝫ ſem
per dicere penitenti ꝙ ſtatim in ſtatu gratie ſatiſfactionem peni
tētie impleat qꝛ poſtea fructuoſa nō eſt: nā deus eſt inimicꝰ cri=
minoſo: nullo ergo modo qui aliqđ crimen reſeruat de alio re
cipiat veniā: nā nunq̃ʒ quis ſine amoꝛe dei conſequiť veniam.
Et qꝛ perſeuerans in aliquo crimine hoſtis dei eſt dū ꝑſeueran
ter deū offendit ideo remiſſionē habere nō poteſt.ea.di.ca.ſunt
plures. Jtē alia ⁊ pꝛincipalis exhoꝛtatio confeſſoꝛis ad penitē
tem eſt: ꝙ penitēs laboꝛet vt ſit in charitate: qꝛ alias nō poteſt
aliquam penitentiam fructuoſam agere: nā ſi quis non habēs
charitatem patitur tribulationes: anguſtias: famē: nuditateꝫ:
ſitim: perſecutionem pericula: carceres: vincula: toꝛmenta: gla
dium vel flammas ne xp̄m neget timoꝛe gehēne et ignis eterni

Attende ꝙ pnīa q̄ iniūgēda ē penitenti vt ꝓ penitētia oꝛet dꝫ fieri ꝑ pſalmos pnīales.



(c) 2007 Ministerio de Cultura

nihil prodeſt ad regnũ celoꝝ obtinẽdũ.ea.di.c.ſi quis autem nõ habens charitatẽ. Itẽ principalis informatio eſt: ꝙ penitẽs dicat ⁊ cõfeſſor interroget a penitẽte qualitatẽ criminis in loco: in tẽpore: in pſeuerãtia: in varietate pſone: ⁊ quali hoc fecerit tẽptatione ⁊ ipſius ocij multiplici executione ⁊ qualiter turpitudinem ſuã peregit/ſi in loco ſacrato aut cui debuerit excellentiã fidei ⁊ quantũ perſeuerauerit: ⁊ quanta impugnatione victus fuit. Et declaret ⁊ ſciatur cuius etatis fuerit peccãs cuius ſapiẽtie ⁊ ordinis ⁊ immoret in ſingulis iſtis vt hec ⁊ alias latiꝰ ponuntur de peni.di.v.c.cõſideret. Itẽ debet confeſſor exhortare penitentẽ: ꝙ ſi vult eſſe bonꝰ penitẽs debet a ſe abijcere negotiationes ⁊ mãdare illi ꝙ nõ redeat ad militiã ſecularẽ: ⁊ ſup oĩa cõfeſſor penitẽti mandet ꝙ oĩa q̃ habet male ablata ſtatim reſtituat ſi põt ⁊ odium in corde non gerat q2 alias non põt veram pniam agere: per quã ad eternã vitã valeat puenire: niſi negotia relinquat: officiũ deſerat: et odiũ ex corde dimittat: et bona que iniuſte abſtulit reſtituat: vt habet de peni.di.v.c.qualitas. ⁊.c.cõtrariũ.c.falſas penitẽtias.c. fratres noſtros. Itẽ cõfeſſor ſemp exhortetur peccatorẽ ꝙ ſtudeat ſic in hac vita delicta ſua corrigere vt poſt mortẽ non oporteat eũ penã tollerare: nam q̃ in aliud ſeculũ diſtulit fructum conuerſionis prius purgãdus eſt igne purgationis. Itẽ confeſſor debet dare conſiliũ penitẽti ꝙ anteꝗ̃ accedat ad cõmunionẽ euchariſtie abſtineat ab acceſſu vxoris: ⁊ ꝙ in die natalis dñi: et reliqs feſtiuitatibꝰ ⁊ in diebus ꝓceſſionis ⁊ diebus ieiuniorum a ꝓpria vxore abſtineat. xxxiij.q.iiij.c.j.cũ quinqꝫ caplis ſequẽtibus. Itẽ cõſiliũ ꝓ ſacerdotibus ꝙ non iniũgat penitentiã cõiugatis p quã alteri cõiugũ ꝑiudiciũ fiat niſi ex cõſenſu ipſoꝝ.xxxiij.q.iiij.c.apl's.⁊.c.penitentiã. Itẽ ꝙ cõfeſſor exhortetur penitentẽ ꝙ non ſeruet ſuperſtitiones de non lauãdo vel non pectinãdo aut ſimilia faciẽdo die dñico vel alia die: habetur.iiij.di.c.peruenit: et ibi per archidia. Item alia exhortatio quam debet confeſſor facere penitentibus qualiter debent in quadrageſima ieiunare oſtendendo eis rationes quare in quadrageſima.xl.diebus ieiunari debꝫ: et qualiter debẽt quottidie ieiunare. ⁊ quot modis vicium gule omnes temptat ⁊ qualiter diſcrete ieiunandum eſt ne aliqs ſubtrahat corpori neceſſaria: ⁊ ꝙ ieiuniũ magnũ et generale et magis fructuoſum eſt abſtinere ab iniquitatibus et ab illicitis

Attende ꝙ ſũt ſupſtitiones de nõ lauãdo: vl' nõ pectinãdo certa die vel ſimilibꝰ.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

voluptatibus ſeculi:habetur de conſecra.di.v.quadrageſima.
cum nouem caplis ſequētibus vſq ad.c.ieiuniū aūt magnum
incluſiue. Itē exhortatio quā cōfeſſor debet facere penitētibus
qualiter debent in cibis temperantiā obſeruare: ⁊ oſtēdere que
bona ex temperantia ⁊ que mala ex intemperantia ⁊ repletio=
ne ciborū conſequunt̄.habet̄ ea.di.c.nihil ſic iocundū.⁊.c. nec
ales.⁊.c.legimus.Itē alia exhortatio quam confeſſor debet fa
cere penitentibus ꝙ die ſabbati ieiunent ⁊ a carnibus abſtine=
ant et per conſequens contra facientibus penitētiam imponāt
vt mortaliter peccantibus niſi ꝑ conſuetudinem patrie excuſen
tur:habetur in.c.ſabbato de conſecra.di.iij.⁊ in.c.q2 dies.de cō
ſe.di.v.iuncto.c.illa.ad fi.xij.di. Item exhortatio quā cōfeſſor
debet facere monachis ꝙ carnes non comedāt ⁊ ꝙ bonas occu
pationes ſemꝑ habeant:vt ocioſitatem euitent:habetur de cō=
ſecra.di.v.c.canē.⁊ ca.nunꝗ. Itē exhortatio confeſſoris ad pe
nitentem ꝙ concupiſcentiam a ſe abijciat quia ex ea omnia ma
la oriuntur.vt ſupra de conſti.c.nā concupiſcentiam.Itē exhor
tatio cōfeſſoris ad penitentē epm dignū ad regendū epiſcopa=
tum q̄ cauſa religionis vult deſerere ꝑſulatū qd̄ nō debet deſe=
rere allegādo rōnes: vt habetur i.c.niſi cū pridē.ſupra de renū.
Itē ꝙ mandet religioſo penitenti q̄ vult ad ſuperiores ordines
ꝓmoueri:ꝙ peius ſequatur p̄ceptum ſuperioris ſui ꝗ ſuā vo=
luntatē ⁊ ita debet illi iniūgere.vt ſupra de tēpo.ordi.c.ad au=
res.Itē ꝙ cōfeſſor debet monere ſacerdotes ⁊ clericos ⁊ alios q̄
per reatum adulterij et periurij.homicidij vel falſi teſtimonij
bonum recte conſcientie perdiderunt ſi non penitent de predi=
ctis et etiam ſub interminatione iudicij diuini eos oſtentare vt
in teſtimonium dānationis ſue in ſuſceptis ordinibus non mi
niſtrent.vt ſupra.eo.titu.c.vlti. Item auiſatio confeſſoris cir=
ca executiones teſtamentorum.ſ.ꝙ religioſis vel clericis depu
tatis ad executionem cuiuſlibet vltime voluntatis per confeſ=
ſorem iniungi debet:ꝙ de officio illius executionis ordinarijs
locorum debitā rationē reddāt:⁊ ordinarijs debet etiā iniunge
re quod illā rationem exigant:alias vt grauiter peccātibus cō=
tra p̄ceptū iuris penitentia imponi dꝫ. vt d̄ teſta.cle.vnica.Itē
informatio ſingularis pro confeſſoribus circa excōicationes.ſ.
ꝙ.confeſſor debet ſcire oēs canones per quos promulgat̄ excōi
catio ipo iure q̄ ponunt̄ ꝑ gloſaꝫ: ſuꝑ parte excōicationis ſnia.



(c) 2007 Ministerio de Cultura

in cle.j.de ſen.excōica.ꝛ per docto.ibi.ꝛ per extrauagantes: nā oēs illi canones ſunt principales principaliter ꝓpter ꝙ excōicatus ante abſolutionē excōicationis nō pōt abſolui a peccatis vt dictū fuit ſupra in tractatu de penitētijs: ꝛ qꝛ i quocūqꝫ caſu eſt aliqs excōmunicatus ipſo iure a canone peccat mortaliter ꝛ anteqꝫ abſoluat̄ pnia pro illo mortali pctō ſibi imponi dꝫ: vt in.c.nemo epoꝝum.xj.q.iij.ꝛ ideo ad predictos duos fines eſt neceſſariū cuilibet confeſſori ſcire illos canones excōicantes ipſo iure qui ſunt.c.xv.p pꝛeall'.glo.cle.ꝛ alij plures p extrauagā tem.ꝛ alij per bullas papales ut eſt excōicatio q̄ fuit ꝓmulgata p benedictū.xiiij.cōtra oēs tradentes iudeis ad fabricandum cruces ꝛ calices ꝛ ornamenta eccleſiaſtica: ꝛ cōtra dātes iudeis ad ligandū libros in q̄bus fuerit ſcriptū nomē ieſu xpi vel nomen virginis marie: ꝛ vt eſt excōicatio q̄ fuit ꝓmulgata per eugeniū.iiij.cōtra qui ſuſceperint medicinas confectas de manu iudei vel parantē eis cibos in feſtiuitatibus vel comedentes aut bibentes cū eis vel arrēdātes eis fructos beneficioꝝ eccleſiaſticoꝝ vel habentes cū eis ſocietatem in arrendamentis.

xxxiij.q. ¶ Triceſima tertia queſtio eſt: de nouem actibus p ordinē fiendis per quēlibet ſacerdotem ſeu confeſſorem.

Primus actꝰ confeſſoris. ¶ Primus actus confeſſoris eſt: ꝙ ante oia ꝯfeſſor videat ꝛ inquirat vtrū penitēs ſit parrochianꝰ ſuus vel talis ꝙ ꝛ ipſe habeat poteſtatē audiendi ꝛ abſoluendi eū tūc audiat ipſum: vel an ſit extraneus vel talis quē ipſe audire nō poteſt: et tūc ipm remittat ad ſuum confeſſorem de quo q̄s ſit confeſſor cōpetens cuiuſlibet/ dictū fuit ſupra de principio vſqꝫ ad concluſionē primam ꝛ ponitur late per hoſti.in ſumma.titu.de peniten.in.§. cui confitendum ſit vſqꝫ ad.§.quando confitendum eſt.

Secūdꝰ actus. ¶ Secundus actus confeſſoris eſt: ꝙ confeſſor dicat penitenti ꝙ humiliet ſe ꝛ ponat ſe ad pedes ipſius: ꝛ ſi ſit femina iſtruat ipſam ꝙ ſemper ſedeat ex trāſcurſo nec faciem ipſius reſpiciat: quia ſicut dicit abacuc. Facies mulieris ventus veſtres: et ſm docrinam que traditur hoſt.iij. auferat fornicationes a facie ſua ꝛ adulteria de medio verborum ſuoꝝ vt no.hoſt.in ſum. in titu.de peni.ver.dicat etiam ei.

Tertius actus. ¶ Tertius actus confeſſoris eſt ꝙ confeſſor inducat penitētem ad veram penitentiā faciendam. Primo faciendo ſeu inducendo ipſum dulci ꝛ ſuaui eloquio: ad cōpunctionem proponēdo

(c) 2007 Ministerio de Cultura

ei beneficia q̄ contulit ſibi deus creando et recreando ipſum et ꝓponendo anime eternitatē: vite breuitatē: mūdi mutabilitatē fallatiā ⁊ deceptionē: ⁊ xp̄i pietatē: qui nō venit propter iuſtos ſed ꝓpter peccatores: vt notat Hoſt. i dicto. §. qualiter ſacerdos ver. inde moneat ipſum. Et inducendo ip̄m ad contritionem. Primo ꝑ cōmiſſorū cogitationem. vnde ezechias. Recogitabo tibi oēs annos meos: in amaritudine anime mee. Secūdo per pudorem de peccatis cōmiſſis. Naum. iij. Reuelabo pudēda tua in facie tua. Et treno. iiij. c. denigrata eſt ſuper carbones facies eorū. Tertio per deteſtationē peccati: propter cuius vilitatem ipſe peccator vilis factus eſt ⁊ abiectus. ij. petri. ij. q̄ vilis facta es iterans vias tuas. Job. viij. qui facit peccatum ſeruus eſt peccati. Quarto ꝑ timorē de die iudicij. vnde Hieronym⁹. Quoties diem illum conſidero totus corpore contremiſco. Et idē dicit: ſiue comedo ſiue bibo ſiue aliq̄d aliud facio ſemꝑ videtur illa tuba terribilis inſonare auribus meis. Surgite mortui venite ad iudiciū. Item gregori⁹. Quid faciet virga deſerti vbi concutietur cedrus paradiſi. ⁊. j. Petri. iiij. Si iuſtus vix ſaluabitur: impius vbi apparebit? Quinto per timorē pene gehennis. apocal. xix. apprehenſa eſt beſtia ⁊ illa ⁊ qui acceperūt caracterem beſtie ⁊ q̄ adorant imaginem eius miſſi ſunt in ſtagnū ignis. Itē apocal. timidis ⁊ incredulis ⁊ execratis: ⁊ homicidis/ ⁊ fornicatoribus: et veneficis: ⁊ idolatris: ⁊ omnib⁹ mendacibus pars illorum ſtagno ardenti igne et ſulphure. Sexto per dolorem amiſſionis patrie celeſtis: apoc. iij. tene quod habes vt coronam tuam nemo accipiat. Septimo per multiplicē offenſam creatoris. Octauo per triplicem ſpem venie: vt notat latius hoſtien. in ſumma. eo. titu. §. quib⁹ et quot dictis. ver. q̄ inducunt/ ⁊ in. §. q̄ inducunt hominem.

Attēde ꝑ q̄ peniteñ dꝫ induci ad contritionem ꝑ ꝯfeſſionē qui ſunt octo.

Quart⁹ actus.

¶ Quartus actus eſt: q̄ confeſſor inſtruat penitentē circa formam confeſſionis et conſideret et q̄rat vnde eſt penitens ⁊ vbi fuit nutritus et vbi fuit conuerſatus/ et ſi videt eū ſimplicē: vel ideotū doceat eū Pater nr̄. Aue maria. et credo in deū: vel moneat vt addiſcat: et doceat ipſum quot ⁊ q̄ ſunt articuli fidei et dicat ei vide ſi in his aliquando erraſti vel dubitaſti. dicat etiā ei que ſunt mādata legis et dicat ei q̄ videat ſi illa ſeruauit vel in eis aliquando offendit: et poſtea deſcendat ad ſeptem peccata mortalia vt notat Hoſt. in dicto. §. qualiter ſacerdos in prin



(c) 2007 Ministerio de Cultura

cipio vſqꝫ ad verſum: dicat etiam ei.

Quitus actus. ¶ Quintus actus eſt: ꝙ cōfeſſoꝛ interroget penitentē ſi ſcit ſe eē in aliqua excōicatione maioꝛi vel minoꝛi ⁊ dicat ei ꝙ petat abſolutionē illius excōicationis ⁊ illo petente abſolutionē ipſe cōfeſſoꝛ abſoluat eū ab illa maioꝛi excōicatione: ſi hꝫ poteſtatem quā ipſe debet petere ab epō ſi ad eū ptinet abſolutio/vel remittat eū ad papam: ſi ad papā ptinet abſolutio: vel ad aliū iudicē ſi p litteras alteri⁹ iudicis eſt excōicatus: ⁊ abſoluat̃ ſatiſfacto parti ad cui⁹ petitionē excōicat⁹ fuit: qꝛ niſi excōicatus pri⁹ abſoluatur ab excōicatione maioꝛi ⁊ minoꝛi non pōt abſolui a pctis: vt i ca. quicūqꝫ. xxiiij. q. j. ⁊ in. c. alma mater. de ſen. excō. li. vj. ⁊ in. c. ſi celebrat: de cleri. excōi. miniſtrā. et poſitum fuit in repetitione penitētium: que incipit gaudioꝛum: in quinto q̄ſito in fine ſm Richar. in. iiij. ſen. di. xviij.

Sextus actus. ¶ Sextus actus eſt: ꝙ ꝯfeſſoꝛ circa pctā faciat interrogationes penitenti q̄ aūt interrogationes fieri debēt vel poſſunt a cōfeſſore ſunt oppi. nā aliqui dicunt ⁊ ſic vtunt̃ multi religioſi ꝙ nulle interrogationes fieri debent. Sed dicunt ꝙ cōfeſſoꝛ ſimpliciter debet audire ea q̄ peccatoꝛ cōfiteri voluerit: ⁊ poſtea ſm audita et cōfeſſa pniam iniūgere: ⁊ ad hoc videt̃ facere illud cōe. de peniten. di. j. c. nō tibi dico vt te pꝛodas: ſed ſtatim ſequit̃ arg. contra. ibi cū dicit in publicū: ergo a cōtrario tibi dico vt te ꝓdas in occulto: ⁊ ſine dubio hec opinio piculoſa ē qꝛ multi ſunt ſimplices q̄ ſi inſtruant̃ vere confitebunt̃: ⁊ ſi non inſtruant̃ ſemꝑ i fecibus remanebūt vt pꝫ in notatis in actu ſupꝛa ꝓximo. Eſt etiā falſa hec opinio nā in hoc foꝛo ſacerdos eſt iudex: vt i. c. verbū dei: de peni. di. j. ⁊ iudicantē opꝫ cuncta rimari: vt in. c. iudicantē. xxx. q. v. Et ſi hoc tēpoꝛalis iudex ⁊ medic⁹ coꝛpalis debent facere: multo foꝛti⁹ hoc debēt facere iudices ſpūales: qꝛ vbi maius piculū iminet cautius eſt agēdū: vt in. c. quieſcam⁹. xlij. di. Et bꝛeuiter hoc aperte determinatū eſt in ꝯſilio generali. ſ. in. c. oīs vtriuſqꝫ ſexus infra de peni. vbi dicit tex. Sacerdos aūt ſit diſcretus ⁊ cautus ⁊ moꝛe experti medici ſuper infundat vinū et oleū vulneribus ſauciati diligēter inquirētes ⁊ pctōris circūſtantias et pcti quib⁹ pꝛudenter intelligat quale debeat illi prebere cōſiliū et cuius remedium adhibere diuerſis experimētis vtendo ad ſanandū egrotū. Et nota ꝙ dicit diſcretus ⁊ cautus: nam diſcretus debet eſſe: ⁊ ideo neceſſario eſt ꝙ non ſolum po=

(c) 2007 Ministerio de Cultura

teſtatē ſed etiā ſcientiā habeat et qđ canones penitentiales de quibus in actu ꝑrimo infra dicetur nō ignoret/ſicut dicit in ſi=mili.in.c.j.de conſangui.et affi.debet eſſe cautus vt ſapienter ꝛ aſtute interroget a peccatore:extrahat ꝙ forte ignorat:ſꝫ in hoc cautus ſit vt nec plures interrogationes faciat q̄ꝫ expediat qđ ſpecialiter in interrogationibus modi peccandi et maxime in peccato fornicationis : et gule cauendum eſt ne forte ſibi mo=dum quem nunq̄ꝫ audiuit aperiat:et ſic ad peccatum qđ nun=q̄ꝫ fecit quodāmodo inſtruat ꝛ inducat: vt autem ſacerdos ad interrogationes faciendas melius inſtruatur ſcire debet ꝙ in=terrogationes iſte conſiſtunt circa perſonas:circa peccata : cir=ca circunſtantias perſonarū ꝛ peccatorū vt patet in preall'. ca. ōis vtriuſq;:ꝛ in ca.deus qui infra.eo.titu.ꝛ de peni.di.c.j.Et de omnibus iſtis latiꝰ vide vt plenius ponitur per hoſtien. in ſumma eo.titu.§.q̄ interrogatiōes vſq; ad.§. quis ſit effectus.

¶Septimus actus confeſſoris eſt ꝙ confeſſor bene penſet pec=cata ſibi confeſſa per penitentem ꝛ imponat ei penitentiam ha=bita informatione ad bene arbitrandum quā penitentiam im=ponere debet.Et vt ſacerdos in diſpenſando circa penitentiam imponendam cautius arbitretur debet ſcire canones peniten=tiales quos de iure ſcire tenetur:habens ſacerdotis nomen vix in eo conſtabit: vt in.c.que ipſis.xxxviij.di.qui autem: et quot ſint iſti canones penitentiales eſt ſciendum ꝙ hoſtien. in ſum=ma iſto titu.de peni.§.que pena ꝓ peccatis ſingulis.ver.vt au=tem ſacer.poſuit.xlvj.canones penitentiales:ſpecu.in reporto=rio ſuo. eo.titu.§.ſciendū eſt:poſuit. xlv. canones penitentia=les.Jo.brocardo:in.xvij.ꝛ.xviij.et.xix.libris poſuit etiā.xliiij. canones penitentiales.Ego vero inter omnes profeſſores iu=ris canonici minimus diuino adiutorio fulcitus diſcurrendo per omnia volumina iuris canonici inueni in volumine de=cretorum.ccccvj.canones.et in volumine decretalium.cxxj.ca=nones penitentiales:ꝛ in volumine.vj.li.xxxv. canones et in volumine cle.x.canones pn̄iales ꝛ ſic ſunt omnes predicti ca=nones pn̄iales ī dictis voluminibꝰ inuenti ꝛ cōtenti.ccccclxxij. canones qui per ordinem ſubſequuntur ꝛ ponentur. Septi=mus actꝰ

¶Octauꝰ actus ꝯfeſſoris eſt ꝙ audita ꝯfeſſione penitētis: ꝛ im=poſita ſibi iuſte ꝛ recte pn̄ia cōpetenti abſoluat ipm̄ penitentē: nō aūt ꝯuertat ordinē vt multi ꝯfeſſores faciūt ꝙ priꝰ abſoluat Octauꝰ actus.



(c) 2007 Ministerio de Cultura

et poſt pniam imponat: nã ꝑ ordine predicto tex. eſt in cle. dudum de ſepul. in. iiij. colũ. §. ſtatuimus vbi dicit tex. ꝙ debet peti ab epõ vt fratres q̃ ad hoc electi fuerũt in eorũ diocesib⁹ confeſſiones ſubditorũ ſuorũ ſibi confiteri volentiũ audire valeãt et penitentias imponãt ꝛ beneficiũ abſolutionis impendãt de licentia eorũdem: ꝛ hoc notat ibi: glo. in parte audire: que dicit nõ hunc ordinem vt in primo audiatur confeſſio: ſecũdo imponatur penitentia. tertio fiat abſolutio: ꝛ nõ precedat abſolutio impoſitionẽ penitẽtie: vt ſic abſolutionẽ ꝓcedat cõtritio cordis: oris confeſſio: operis ſatiſfactio ſaltem affectu. Et q̃ꝛ vt ſupradictum fuit penitens nõ poteſt abſolui a peccatis niſi prius abſoluatur a quacũq̧ excõicatione maiori ꝓſuppoſita pri⁹ poteſtate abſoluendi ab excõicatione maiori: ꝛ precedẽte petitione abſolutionis ab excõicationibus ꝑ penitentem et iniuncto penitẽti ꝙ dũ abſoluitur dicat Pater noſter. et Aue maria. ꝛ obſeruato ꝙ flexis genibus ꝛ iũctis manibus ꝛ humiliato corde ꝛ corpore abſolutionẽ recipiat: tunc confeſſor ipſi penitenti man⁹ ſuper caput imponat q̃ꝛ reconciliatio ꝑ manus impoſitionẽ fieri debet vt dicit tex. in ca. notandũ eſt. xxiiij. q. iij. ꝛ no. io. an. i ca. omnis vtriuſq̧: de peni. ꝛ remiſ.

Attende ordinẽ tenẽdum i audienta penid aẽt ꝛ abſolutione facienda.

Nonus actus.

¶ Nonus actus ꝛ vltimus confeſſoris eſt ꝙ cõfeſſor pctm̃ penitentis abſcondat ꝛ ſecretũ teneat: ita ꝙ nec ꝓpinquis nec extraneis aliquo modo reuelet vt dicit̃ de pe. di. vj. c. ſi ſacerdos: ꝛ infra eo. ti. de peni. ꝛ remiſ. c. oĩs vtriuſq̧ ſexus. §. caueat. Item ꝙ ꝓ penitente oret ꝛ eleemoſynas impẽdat: ꝛ alia bona faciat: vt dicit̃ in. c. qui vult. de peni. di. vj. circa finem vbi dicit tex. adiuuet confitentẽ orando eleemoſynas ꝛ cetera bona pro eo faciẽdo: ꝛ ſepe debet ipm̃ penitentẽ viſitare vt ſciat qũo penitẽtiam continuat ꝛ ipm̃ confortet et informet ibi cũ dicit tex. ſemꝑ adiuuet leniendo cõſolando ꝛ ſpẽ ꝓmittendo: ꝛ ſequit̃ doceat perſeuerantiã caueat ne corruat. Itẽ tertio dꝫ cõfeſſor recipere id q̃d liberaliter ꝛ gratãter fuerit oblatũ a penitẽte recipere em̃ debet ſacerdos ꝛ etiã epſ eleemoſynã ſibi oblatã quãtũcunq̧ modicam ꝛ ipſam cũ fratre ſuo paupere partiat̃: vt dꝛ in. c. non ſatis. lxxxvj. di. ad fi. Caueat tñ confeſſor ne ea intentione pniam audiat vel iniungat vt aliq̃d a penitentibus recipiat: nã ſi hoc facit apud diſtrictuꝫ iudicẽ q̃ nouit oĩa grauiter ſe aſtringit vt in ca. tua nos: ad fi. ĩfra de ſimo. ꝛ in. c. ſunt nõnulli. j. q. j. Caueat

Simo

(c) 2007 Ministerio de Cultura

igitur nequãdo pctõꝛ venit ad eum cauſa ꝯfitendi in principio medio vel in fine ad burſam reſpiciat: nec excuſatur etiã ſi intẽdat pauperibꝰ errogare vt in ca. nõ eſt putanda. j. q. j. ⁊ in. c. nec. enim. xiiij. q. v. Ad alia etiã teneť cõfeſſoꝛ q̃ ponuntur latiꝰ per hoſt. i ſumma eo. ti. §. i quo teneť ſacerdos. ⁊. §. ⁊ quãtũ teneť.

# ¶ Sequitur quarta pars huius

tractatus de qua pꝛemiſſum eſt: in qua quarta pte continẽtur omnes canones imponentes penitentiã quibuſcunqꝫ perſonis pꝛo quibuſcunqꝫ peccatis: qui explanantur per queſtiones.

¶ Pꝛima. q. eſt: q̃ pnia ẽ imponẽda ꝓ oppꝛeſſione filioꝛũ.

Scda q̃ pnia dꝫ imponi tranſeunti per agrum alienum.

Tertia de penitẽtia imponẽda comedenti ſpicas pira vel vuas alterius.

Quarta de pnia imponenda non reſtituenti depoſitũ vel commodatum.

Quinta de penitẽtia imponẽda impedienti legatum pꝛicipis.

Sexta de pnia iponẽda rapiẽti aliqd in bello iniquo.

Septima de pnia imponenda facienti aliquid cõtra legem maioꝛum.

Octaua de penitentia imponẽda facienti aliquid cõtra cõſtitutionẽ regis vł ipatoꝛis.

Nona de penitentia imponenda facienti contra legem ſecularem vel eccleſiaſticam.

X. de penitentia imponẽda facienti ꝯtra legem ſuperioꝛis.

Xj. an mulier intrãs eccleſiam ſtatim poſt partum peccat et que penitentia ei imponi debet.

Xij. de penitentia imponenda cognoſcenti mulierem tẽpore mẽſtruoꝛum.

Xiij. de penitentia imponenda polluto nocturna pollutione.

Xiiij. que penitentia debet imponi heretico pꝛopter bona que poſſidet.

Xv. de penitentia imponenda obedientibus poteſtatibꝰ ſecularibus contra deum.

Xvj. de penitentia imponẽda ſeruãti vel introducenti malam conſuetudinem.

Xvij. que penitentia imponenda non obedientibus legibus imperatoꝛis.

Xviij. de penitentia imponenda non obedienti doctoꝛi eccleſie.

Xix. de penitentia imponẽda

(c) 2007 Ministerio de Cultura

facięti contra euangeliũ vel cõtra regulas apoſtolicas.
xx. de penitentia imponenda ſeruanti legem imperatoris contra legem diuinam.
xxj. de penitentia imponenda non ſeruanti cõſuetudines eccleſiaſticas.
xxij. de penitentia imponenda non obedięti preceptis apoſtolicis.
xxiij. de penitentia imponenda non ſeruanti ieiunia ſcḋm conſuetudinem eccleſie.
xxiiij. de penitentia deuiantis a ꝯſuetudine eccleſie metropolitane in diuinis officijs.
xxv. de penitentia non eligentis de duobꝰ malis minus malum.
xxvj. de penitentia peccãtis vt alter euitet maius peccatũ.
xxvij. de penitentia approbantis libros per eccleſiam reprobatos.
xxviij. de penitentia vſurpantis conceſſa romane ecclĩe.
xxix. de penitentia non ſeruantis locum ſibi debitum in ſedendo et in alijs.
xxx. de penitentia imponenda non approbanti approbata et non reprobanti reprobata per ſedem apoſtolicam.
xxxj. de penitentia heretici.
xxxij. de penitentia non preferentis ſcripturas eo mõ quo preferende ſunt.
xxxiij. de penitentia recedẽtis a beato petro.
xxxiiij. de penitentia ordinati ab hereticis.
xxxv. de pnia ꝑponentis ſcripturas alioꝝ ſcripturꝭ pape
xxxvj. de penitẽtia non habentis vel non ſeruantis decreta pape.
xxxvij. de pnia nõ facientis ptinentia ad officiũ ſuum.
xxxviij. de pnia inferioris maledicentis ſuperiori.
xxxix. de penitentia auferẽtis priuilegium pape.
xl. de penitentia non ſeruantis ordinem debitum in reuerẽtia exhibendi.
xlj. de penitentia non ſeruãtis formã iuris in electiõe ſummi pontificis.
xlij. de pnia imponenda epo q electus ad epiſcopatum nõ habet nec credit habenda ⁊ credenda a iure.
xliij. de penitentia clericorũ nõ ſeruantium que habẽtur in ca. his igitur. xxiij. di.
xliiij. de penitẽtia ſacerdotum non tractantiũ digne ſacramenta eccleſie.
xlv. de penitentia ꝓmotorum ad ordines ſacros non ſeruantiũ. c. ꝙꝙ. xxiij. di.
xlvj. de pe. ſacerdotis q tẽpore quo celebrat vel accipit corpus xpi non hꝫ ornamenta

(c) 2007 Ministerio de Cultura

cũ quibus fuit ordinatus.
xlvij. de pnia ordinati ꝛ ordinãtis qui tpe ordinationis eps manum imponit ꝛ alius orationem dicit.
xlviij. de penitentia clerici non facientis que pertinent ad officium.
xlix. de penitentia clericorũ comã nutrientium et tõsuram non radientium.
L. de penitentia monialis tangentis ſacra vaſa.
Lj. de penitẽtia mulieris ꝛ laici predicantis.
Lij. de penitentia miniſtri non ſacrati tangentis ſacrata.
Liij. de penitentia examinãtiũ indebite alios ad ordines.
Liiij. de ordinato ſine examinatione.
Lv. de pnia miniſtroꝝ eccleſie non facientiũ officia ſua.
Lvj. de penitentia diaconi qui poſt ordinationem cõtraxit matrimonium.
Lvij. de penitentia frangentis ſimplex votuꝫ virginitatis.
Lviij. de pnia p̃sbyteri vxorem ducẽtis vel fornicãtis.
Lix. de pnia filij deſerentis parẽtes cauſa religionis.
Lx. de muliere amputante ſibi comam.
Lxj. de muliere condemnante nuptias.
Lxij. de penitẽtia religioſi matrimoniũ deteſtantis.
Lxiij. de penitentia alioꝝ deteſtantium matrimonium.
Lxiiij. de muliere ambulãte in habitu viri.
Lxv. d ieiunãte die dominico.
Lxvi. de contẽnẽte ieiunia ab eccleſia indicta.
Lxvij. de ſpernẽte baſilicas vl' ſolennitates ſanctorum.
Lxviij. de docente ſpernere eccleſias.
Lxix. de faciente congregationes priuatas.
Lxx. de dãnante matrimoniũ.
Lxxj. de dãnante manducantem carnem non immolatã idolis.
Lxxij. de parentibus denegantibus alere filios.
Lxxiij. de dicente hominẽ non ſaluari ex vſu veſtiũ groſſarum ſed precioſarum.
Lxxiiij. de inducentibus noua precepta contra canones.
Lxxv. de recuſante comedere carnes.
Lxxvj. de penitẽtia habentiũ canes vel accipitres ad venandum.
Lxxvij. de penitentia concubine clerici.
Lxxviij. de presbytero aleatore vel ebrio.
Lxxix. de prelatis delicijs deditis.
Lxxx. de clerico ebrio reperto.
Lxxxj. de p̃latis ꝛ clericis delectãtibus ſe i libris poetarũ.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Lxxxij. de penitentia imponēda ſm qualitates ꝑſonarū.
Lxxxiij. de deſpiciēte ꝯfratres.
Lxxxiiij. de clericis intrantibus tabernas.
Lxxxv. de ſacerdotibus ſe inebriantibus.
Lxxxvj. ꝙ clerici non benedicentes menſam ante et non reddentes gratias poſt prādium peccāt mortaliter.
Lxxxvij. de epiſcopo clericos minores ꝑ leuibus culpis verberante.
Lxxxviij. de clericis ioculatoribus maledicis adulatoribus vel vſurarijs.
Lxxxix. de penitentia vſurariorum.
Xc. de non idoneis gradū honorum aſſumentibus.
Xcj. de pnia clerici homicide.
Xcij. de penitentia clerici ꝗ capitale crimē commiſerit vel cartam falſauerit vł falſum teſtimonium dixerit.
Xciij. de clerico bigamo vel homicide.
Xciiij. de clerico in peccato carnis lapſi.
Xcv. de predicante vel celebrāte in peccato mortali.
Xcvj. de pnia p̄ſbyteri qui vendit vaſa ſacra eccleſie.
Xcvij. de penitentia clerici qui a ſanguine etiam hoſtiū nō abſtinet.
Xcviij. de clerico qui iactando lapidem puerum interficit.
Xcix. de clerico vel laico homicidis.
C. de eo qui ſibi amputauit virilia.
Cj. de clerico qui alteri clerico oculum eruarit.
Cij. de ep̄o ordinante clericum inuitum.
Ciij. de ieiunijs quattuor temporum.
Ciiij. de ieiunio omni tēpore.
Cv. de prouiſione clerici depoſiti.
Cvj. de clerico adulterante vel alia peccata committente.
Cvij. ſi quis non paſcit fame morientem.
Cviij. q̄ſtio eſt de exponēte ante eccleſiam paruulum recēter natum.
Cix. de clerico negociatore.
Cx. de dimittente p̄ſbyterum tutorem.
Cxj. de epiſcopo committente res eccleſiaſticas conſanguineis.
Cxij. contra murmurātes ⁊ rixas amantes.
Cxiij. de clerico non intereſſente matutinis.
Cxiiij. contra cantores.
Cxv. de clerico nō veniente ad matutinas vel veſperas.
Cxvj. de impediente legatum pape.
Cxvij. de penitentia ſimoniacorum.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Cxviij. cōtra ſacerdotes ſimoniacos.
Cxix. penitentia epiſcopi non corrigentis ſimoniacos.
Cxx. pnia clerici bñficiati vl' in ſacris non recitantis.
Cxxj. cōtra prelatos ⁊ clericos ſimoniacos.
Cxxij. pene ſimoniacorum.
Cxxiij. cōtra parētes infantes in lecto ſuffocantes.
Cxxiiij. de inientibꝰ duellum.
Cxxv. de accuſante ſacerdotē.
Cxxvj. de accuſante epiſcopū.
Cxxvij. de ſpoliante alium.
Cxxviij. de perſequentibus ſacerdotes.
Cxxix. de ſacerdote exiſtēte in pctō mortali īponēte pniaȝ anteꝗ̃ conteratur.
Cxxx. de ponētibus famoſos libellos.
Cxxxj. de clericis falſum teſtimonium dicentibus.
Cxxxij. de non probante crimē ꝙ alteri intulit.
Cxxxiij. de accuſante alium.
Cxxxiiij. de dicente falſum.
Cxxxv. de fatigante eccleſiam vel clericum.
Cxxxvj. de detractoribus.
Cxxxvij. de piurāte ſe ſcienter.
Cxxxviij. de peccante ſcienter: vel ignoranter.
Cxxxix. de clerico qui diebꝰ ſolennibus ab eccleſia deeſt.
Cxl. de acquirente eccleſiā per numera.
Cxlj. de promoto ad dignitatem alterius viuentis.
Cxlij. de ſacerdotibus qui auctoritate ſua de vna eccleſia ad aliam migrant.
Cxliij. contra clericos ab alieno epiſcopo ſine licentia ſui epi ordinatos.
Cxliiij. de laicis accipientibus oblationes.
Cxlv. contra clericum accuſantem alium clericum corā iudice ſeculari.
Cxlvj. de clericis coniuratiōes facientibus.
Clxvij. contra clericos excommunicatos vel ſuſpēſos celebrantes.
Cxlviij. de epiſcopis qui innocentes excōmunicant.
Cxlix. ꝯtra nō obediētes epīs.
Cl. contra communicantes cū excommunicatis excommunicatione maiori.
Clj. cōtra illos ꝗ cū excōicatis ſcienter cōmunicant.
Clij. de pena contra excommunicantes iniuſte.
Cliij. de penitentia principis ꝗ per iram facit hoīes iterfici.
Cliiij. contra violatores eccleſiarum.
Clv. contra pſbyteros qui excommunicati miſterium ſacrum tangunt.
Clvj. de participante cum excommunicatis.
Clvij. ꝯtra rapiētes res eccl'ie.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Clviij. eſt pnia filiorũ furan=
tium parentibus aliquid.
Clix. de alienãtib⁹ res eccleſie
male retinentium ea tẽpore
quo alienande ſunt.
Clx. de inuaſoribus rerum ec=
cleſiaſticarum.
Clxj. de frangentibus priuile=
gia eccleſiarum.
Clxij. de vendentibus res ec=
cleſie vel ſupprimentib⁹ in=
ſtrumenta eccleſie.
Clxiij. contra non reſtituentes
eccleſijs q̃ poſt ꝓmotionẽ ac
q̃ſiuerũt vel ex rebus eccl'ie
res ſuas augmentarunt.
Clxiiij. ꝯtra clericos vſurarios
Clxv. cõtra notarios officiales
immoderate extorquentes.
Clxvj. cõtra epiſcopum q̃ rem
alienam conſecrat.
Clxvij. an in re minima cõmit
tatur furtum.
Clxviij. de pnia imponenda
coeũtibus cum brutis.
Clxix. cõtra extorquẽtes cõfeſ=
ſiones a miniſtris eccleſie.
Clxx. contra recipientes eccle
ſias de manu laicorum.
Clxxj. cõtra heredes patrono=
rum rapientes bona eccleſie
patronate.
Clxxij. contra comburentes ec
cleſias.
Clxxiij. contra vendentes ſin=
dones ſacrarij vel furantes
de eccleſia.
Clxxiiij. pnia cleric furis.
Clxxv. ꝯtra illum qui ſeruum
fugiẽtem de atrio vel de por
ticũ eccleſie abſtraxit.
Clxxvj. pnia occidẽtis ſubdia
conum diaconum p̃ſbyterũ
vel epiſcopum.
Clxxvij. de pnia occidẽtis cle=
ricum vel monachum.
Clxxviij. de eo q̃ ꝑ vituperium
ꝑ mẽbra dei iurauerit vl' per
creaturas.
Clxxix. de pnia imponenda ꝓ
periurio.
Clxxx. cõtra illũ q̃ ſacramentũ
facit ꝙ ad pacem nõ redeat.
Clxxxj. ꝯtra illũ q̃ compulſus
ſcienter ſe periurauerit.
Clxxxij. cõtra periurantẽ ſe in
manu epiſcopi vel i cruce cõ
ſecrata.
Clxxxiij. de eo q̃ coactus ꝓ vi=
ta redimenda ſe periurat.
Clxxxiiij. penitẽtia vocãtiũ in
cathedris ⁊ alioꝝ q̃ ſe periu
rãt ⁊ alios ducũt ad ꝑiuriũ.
Clxxxv. de penitentia prouo=
cantis alium ad iurandum
ſciens ꝓuocatum illum fal=
ſum iuraturum.
Clxxxvj. de pnia illius q̃ aliũ
ad iurandum trahit.
Clxxxvij. de penitentia rectorũ
⁊ officialiũ et aliorum q̃ vl=
tra ſalaria eis debita aliq̃d
recipiunt: vel rapiunt vel ex
torquent.
Clxxxviij. de penitentia impo
nenda quando plures occi=

(c) 2007 Ministerio de Cultura

dunt vel aſſociant.
Clxxxix. de penitentia incendiariorum.
Cxc. de penitentia exiſtētiū cōtra pacem eccleſie.
Cxcj. de eo q̄ de manu heretici cōmunionem accepit.
Cxcij. de permittente hereticū miſſam celebrare.
Cxciij. de falſis teſtib⁹ ⁊ teſtib⁹ homicidijs.
Cxciiij. de inijciēte manum in epiſcopum vel p̄ſbyterum: ⁊ de incedente eccleſiam.
Cxcv. de ſpoliante clericos: eccleſias vel peregrinos.
Cxcvj. de ariolis ⁊ incantatoribus ⁊ curſos ſtellarū ſeruātibus ⁊ de intellectu horum verborum et de differētia inter iſtos.
Cxcvij. de clericis vel ſacerdotibus qui ꝓmoto dolore altaria exuūt ⁊ luminaria extinguunt.
Cxcviij. de celebrantibus miſſam de requiem pro viuis.
Cxcix. de obmuteſcentibus in morte.
Cc. de p̄ſbyteris negantib⁹ penitentiā morientibus.
Ccj. de obſeruātib⁹ ritus paganorum ⁊ dies egyptiacos.
Ccij. de illis qui litteras preter ſimbolum et orationem dominicam ſuper homines et animalia ponunt.
Cciij. de penitentia contrahentium matrimonium cū monialibus.
Cciiij. de pena et penitentia accedentis ad monialem vel ad clericum ſacri ordinis.
Ccv. de monachis ⁊ monialibus ſe immiſcentib⁹ ⁊ filios procreantibus.
Ccvj. de monacha adulterium committente et de aſcendente ad eam.
Ccvij. de muliere religioſa peccante.
Ccviij. de illis q̄ rapiūt vel ſolicitant religioſas.
Ccix. de pnia viri cuius culpa vxor ſua fornicatur.
Ccx. de dormiente cum duab⁹ ſororibus vel cum ſpōſa fratris ſui.
Ccxj. de ſponſa rapta.
Ccxij. de accipiente mulierem alteri deſponſatam.
Ccxiij. de manducātib⁹ cibos iudeoꝝ ⁊ de recipientib⁹ curam ⁊ medicinam ab eis.
Ccxiiij. de fornicante cum filia ſpirituali.
Ccxv. de illo q̄ filiā ſpūalē patris ſui in vxorem ducit.
Ccxvj. de illo qui duas cōmatres in vxores accipit vel cū eis commiſcetur.
Ccxvij. de contrahente matrimonium cum ea quā viuente vxore cognouit.
Ccxviij. de illis q̄ plures vxores viuētes accipiunt.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Ccxix. de parentibus frangentibus ſponſalia contracta p filios et de filijs ꝯſentiētibꝰ.

Ccxx. de viro vel vxore reddēte debitum ante peractā penitentiam de adulterio.

Ccxxj. quando peccant cōiuges in actione debiti.

Ccxxij. de illis q̄ ſterilitatē vel aborſum procurant.

Ccxxiij. de penitentia viri vel vxoris adulterantis.

Ccxxiiij. de illo qui multis nuptijs copulatur.

Ccxxv. de muliere que cuȝ fratre viri ſui peccauit ꝛ de peccante cum affinibus.

Ccxxvj. de interficiente vxorē.

Ccxxvij. de penitētia iponēda pro quolibet pctō mortali.

Ccxxviij. pro quibus peccatis mortalibꝰ debet imponi penitentia maior ſeptennio.

Ccxxix. de illo q̄ frangit ſolēnē penitentiam.

Ccxxx. de penitentia interficiētis matrem.

Ccxxxj. de illo qui cum duabꝰ ſororibus vel cū matre ſpirituali vel cum filia ſpirituali fornicatur.

Ccxxxij. de redeunte ad vomitū qualiter penitere debet.

Ccxxxiij. que penitentia imponenda eſt mulieri nō ſequenti viꝝ in captiuitate poſitū.

Ccxxxiiij. de illis q̄ celebrāt nuptias tempore prohibito.

Ccxxxv. de penitentia iponenda ſorori vxoris ſi coeat cū marito ſororis ſue.

Ccxxxvj. de penitentia imponenda coeunti cū matre vel filia vel cum muliere quam pater cognouit.

Ccxxxvij. de penitentia imponēda mulieri que coiuit cū homine: ꝛ poſtea contraxit cum fratre ſuo: et de penitentia huius fornicatoris q̄ nō diſcooperuit fratri ſuo ꝙ habuerat acceſſum ad dictam mulierem.

Ccxxxviij. de penitentijs conſanguineoꝝ ꝛ affinium inuicem fornicantium.

Ccxxxix. de pnīa imponenda extra ordinario polluto.

Ccxl. de penitentia affinium fornicantium.

Ccxlj. de pnīa contrahentium cum conſanguineis.

Ccxlij. de penitētia raptorum virginum vel viduarum.

Ccxliij. de penitentia clerici erigentis altare vel fingētis altare conſecratum ꝙ non eſt conſecratum.

Ccxliiij. de penitentia imponēda preſbyteris qui ſup monumentis euchariſtiā dant: et de xp̄ianis qui victualia deferunt ad ſepulchra.

Ccxlv. de penitētia celebrātiū in oratorijs domorum.

Ccxlvj. de penitentia transfe-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

rentium corpora ſanctoꝝ de
vno loco ad alium.
Ccxlvij.de penitentia preſbyte
ri q̄ mortuũ inuoluit in pal
la altaris ⁊ nõ lauit vela al
taris.
Ccxlviij.de pnia ꝓphanarum
pſonarum tractãtium ſacra
vaſa: ⁊ de accõmodantibus
ornamẽta eccleſie ad orna=
tum nuptiarum.
Ccxlix.qua pnia ſit puniẽdus
preſbyter qui vna die plures
miſſas celebrat.
Ccl.de pnia epi pſbyteri ⁊ dia=
coni itrãtiũ ad altare cũ bacu
lo vl' capite velato aſſiſtẽte.
Ccli.de pnia epi vel pſbyteri q̄
incipit miſſam ⁊ non finit.
Cclij.de pnia iponẽda veniẽti
bus ad miſſam q̄ miſſa non
pfecta nec euãgelio nec epl'a
auditis recedunt.
Ccliij. de penitẽtia imponẽda
exeũtibus ab eccleſia dũ ſa=
cerdos vel alius predicat.
Ccliiij.de pnia nõ audiẽtiũ to
tas miſſas principales die
dominico.
Cclv.de pnia imponenda ei q̄
in die ſolenni miſſa dimiſſa
vadit ad ſpectacula.
Cclvj. de penitentia imponen
da ſacerdoti qui in miſſa cõ
mittit errores.
Cclvij. de penitẽtia ſacerdotis
q̄ i qualibet miſſa nõ ſumit
corpus ⁊ ſanguinẽ domini.
Cclviij.de pe.pſbyteri q̄ ab aſ=
ſumptiõe calicis abſtinet.
Cclix. de penitẽtia exiſtẽtis in
pctõ mortali: ⁊ cõicantis.
Cclx.de pnia ſacerdotis q̄ per
negligentiã dimiſit diſtilare
aliquid de ſanguine in ter=
ram vel ſuper altare.
Cclxj. de penitentia eoꝝ q̄ eu=
chariſtiam euomitant.
Cclxij.de penitentia preſbyte=
ri non cuſtodientis bene ſa=
crificium.
Cclxiij.de penitentia eoꝝ q̄ tri
duo in diebꝰ rogationũ an=
te aſcenſionẽ nõ vtunt' cibis
quadrageſimalibus.
Cclxiiij.de his q̄ certis diebus
nõ ſe pectinant vel nõ radũt
barbam vel alia ſimilia.
Cclxv.de pnia illoꝝ q̄ bis ba=
ptizantur ſcienter.
Cclxvj. de penitentia preſbyte
rorũ in anniuerſarijs ſe ine=
briãtium vel alia turpia cõ=
mittentium.
Cclxvij.de penitentia mulierũ
turpiter ſe ornantium.
Cclxviij.de pnia iponẽda nõ
cuſtodientiũ canones.
Cclxix.de penitentia iponẽ=
da facienti contra prohibi=
tionem legis vel canonis.
Cclxx.de penitentia imponen
da venienti contra legem p
ſe edictam.
Cclxxj.de pnia imponẽda fa=
ciẽti ſtatuta cõtra eccleſias.



(c) 2007 Ministerio de Cultura

Cclxxij. de pnia imponenda non ſoluenti inſignia ⁊ ſalaria doctoribus.
Cclxxiij. de penitentia diminuentiũ numerũ prebendarũ ⁊ cappellaniarum.
Cclxxiiij. de penitentia clericorum qui per litteras falſas vł ſurrepticias beneficia habuerunt.
Cclxxv. de penitentia litigantium q̃ per multas fallacias alios fatigant.
Cclxxvj. de pnia clericorũ conferentium ſacramenta q̃ conferri non poſſunt.
Cclxxvij. de penitentia facientis contra ius pretextu conſuetudinis.
Cclxxviij. de penitẽtia p̃lati q̃ aliq̃d de ornamentis vel de bonis eccleſie vendidit.
Cclxxix. de penitentia illiꝰ qui ſub ſpe ꝙ erit abbas efficitur monachus.
Cclxxx. de penitẽtia illius qui cõtra formam iuris eligitur in prelatum.
Cclxxxj. de peni. illiꝰ q̃ fauore poteſtatis ſecularis eligit᷑.
Cclxxxij. de penitentia illiꝰ q̃ ex abrupto eligitur et ſtatim confirmatur.
Cclxxxiij. de penitẽtia illius q̃ priuatus ipſo iure beneficio curato poſtea de fructibꝰ ſe intromittit.
Cclxxxiiij. de pnia habẽtis p̃lationem per ſymoniam.
Cclxxxv. de pnia religioſi volẽtis ſe promoueri.
Cclxxxvj. de pnia mentientis contra celebrãtem ordines.
Cclxxxvij. de pénitentia eorũ qui non ordinantur ad ordines debitos.
Cclxxxviij. de pnia medicorũ volentium ſe ordinare.
Cclxxxix. de pnia ſuſpẽſorum beneficia recipientium.
Ccxc. de pnia prelatorũ ordinãtium rudes ⁊ ignaros.
Ccxcj. de pnia ſacriſtarũ q̃ nõ faciunt debita.
Ccxcij. de penitentia epiſcoporum nõ inquirẽntium et delicta non corrigentium.
Ccxciij. de pnia epõrũ non intendentium in correptione ſubditorum.
Ccxciiij. de peni. epoꝝ qui dignos predicatores ⁊ coadiutores non eligunt.
Ccxcv. de penitẽtia illius qui venit contra decretũ epi vel principis.
Ccxcvj. de pnia eoꝝ q̃ veniunt contra ſtatuta ſinodalia.
Ccxcvij. de peni. laicoꝝ q̃ negotia eccleſiaſtica tractant.
Ccxcviij. de peni. eoꝝ q̃ nõ corrigunt primũ peccantem.
Ccxcix. de peni. iudicũ ſecularium clericos iudicantiũ.
Ccc. de penitentia clericorum periurorum.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Cccj.de pnia eporũ nõ ſeruantium iuramenta.
Cccij.de pnia iurantium nõ loqui patri vel matri.
Ccciij.de penitẽtia religioſi iurantis non moraturum cum alio religioſo.
Cccitij.de penitentia ſe periurantis pro vita et rebus ſaluandis.
Cccv.de penitẽtia frequentantis monaſteria monialium.
Cccvj.de pnia ſacerdotis retinentis feminam ſuſpectam.
Cccvij.de pnia mulieris ſedentis intra cancellos vel preſbytero intra canceilos miniſtrantis.
Cccviij. de pnia epi ordinãtis aliquem ſine titulo.
Cccix.de penitẽtia epi permittentis aliquos habere plures eccleſias.
Cccx.de pnia litigantis beneficium iniuſte.
Cccxj.de penitẽtia tenentis beneficium iniuſte.
Cccxij.de penitẽtia tenẽtis primum beneficiũ curatũ poſt receptionem ſecundi.
Cccxiij. de peni. ꝑlati ꝓferẽtis beneficiũ indignis.
Cccxiiij. de penitentia prelati ponẽtis penſionem in beneficio curato.
Cccxv. penitentia eorum qui ponuntur loco viuorum ſacerdotum.
Cccxvj.de pnia tenentis mẽſuras iniuſtas.
Cccxvij.de pnia coꝝ q̄ transſerunt in vſos humanos q̄ ſemel deo eſt dedicatum.
Cccxviij. pnia mittẽtiũ pecora in cimiterijs vel eccleſijs.
Cccxix.penitẽtia clerici pignorantis librum vel veſtimenta eccleſie.
Cccxx. penitentia clerici ſoliti fide iubere.
Cccxxj. penitentia beneficiati qui nõ reſtituit eccl'ie omnia que ab ipſa habuit.
Cccxxij. penitentia executorũ q̄ in alios vſus ꝯuertũt relicta a defunctis: q̄ in teſtamẽtis continetur.
Cccxxiij. peni. heredũ nõ ſatiſ facientiũ pro defunctis.
Cccxxiiij.peni.clericoꝝ nõ ſoluentium decimas.
Cccxxv.pe.religioſorũ nõ ſeruãtiũ regulã ⁊ abbatũ nõ vigilãtiũ ſup religioſos.
Cccxxvj. peni. condẽnati litigantis ſuper beneficio vt reſtituat fructus perceptos.
Cccxxvij.peni. p̄ſbyteri in peccato mortali celebrãtis vel non dicentis verba conſecratoria.
Cccxxviij.pnia preſbyteri non recte celebrantis.
Cccxxix. peni.preſbyteri icaute dimittẽtis euchariſtiam.
Cccxxx.pnia coꝝ q̄ i quadra-



(c) 2007 Ministerio de Cultura

geſima vel in ſabbato tēpore famis: vel propter neceſſitatē infirmitatis carnes comedunt.
Cccxxxj. an ſit iponenda pnia illis qui i die natiuitatis cū contigerit venire in ſexta feria carnes comedūt / vel ex deuotione a carnibus abſtinent tali die.
Cccxxxij. pnia imponētiū exactiones clericis vel eccleſijs.
Cccxxxiij. penitētia ꝑlatorum qui plus extorquent a ſubditis quam teneantur.
Cccxxxiiij. penitentia illius q̃ iurauit ſponſam vnius fratris dare alteri fratri.
Cccxxxv. penitentia ꝑsbyteri intereſſentis clādeſtinis ſpōſalibus.
Cccxxxvj. pnia accipiētis ſpōſam alterius de preſenti.
Ccccxxxvij. pnia cōtrahētis cōtra interdictum eccleſie.
Cccxxxviij. penitētia accuſantis alium caluminioſe.
Cccxxxix. penitentia dantium vel recipientium aliquid ꝓ ſacramentis.
Cccxl. penitentia confeſſoris q̃ impenitentem reconciliat: vel penitentem a reconciliatione remouet.
Cccxlj. de alentibus pueros iudeorū et principū auferētiū iudeis vel infidelibus poſſeſſiones vel hereditates.
Cccxlij. pnia xpianorum miniſtrātiū ſarracenis ferrum et alia vel adiuuātium eos in galeis ⁊ nauibus.
Cccxliij. pnia ſeruiētiū iudeis vel nutrientiū filios eorum.
Cccxliiij. penitentia chriſtianorum inferentium grauamina iudeis.
Cccxlv. pnia cōmittentium iudeis officia publica.
Cccxlvj. de hereticis et ſciſmaticis.
Cccxlvij. penitētia mulieris filiū ſuum interficientis.
Cccxlviij. pnia parentū ſuffocantium filios in lecto.
Cccxlix. de interficienti furem vel latronem.
Cccl. penitentia dantis aliq̃d hoī vl' mulieri vt non poſſit generare vel concipere vel facientis.
Cccli. pnia illiꝰ q̃ percuſſit puerum intuitu diſcipline.
Cccliij. penitentia exercentium artem baliſtariorum contra chriſtianos.
Cccliij. de depredanti de loco ad locum.
Cccliiij. pnia furantiū aliquid ꝑpter neceſſitatē famis.
Ccclv. penitētia vſurariorum.
Ccclvj. de dicente falſum teſtimonium.
Ccclvij. pe. falſantis lr̃as regis
ccclviij. pe. falſātiũ lr̃as aplicas.
Ccclix. peni. ſortilegiorum.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Ccclx.pnia puerorum.
Ccclxj.pnia clericoꝝ venatoꝝ
Ccclxij.pnia blaſphemãtium.
Ccclxiij. penitẽtia clericorum excõmunicatorũ vel ſuſpenſorum celebrantium.
Ccclxiiij. penitẽtia clerici recipientis ordines furtiue.
Ccclxv.pnia ſodomitorum.
Ccclxvj. penitentia violantiũ interdictum.
Ccclxvij.penitẽtia eorum qui diuerſimode alios damnãt.
Ccclxviij.penitentia facientiũ plures mortes vel deſtructiones.
Ccclix. de muliere ſupponentis partum.
Ccclxx. penitentia reuelantis confeſſionem.
Ccclxxj. penitentia excommunicantis iniuſte.
Ccclxxij.pnia falſarij.
Ccclxxiij.penitentia recipientis beneficium curatum ⁊ ſe non promouentis.
Ccclxxiiij.penitentia occupantis bona eccleſiarum vacantibus eccleſijs.
Ccclxxv.pnia ceſſantis iniuſte ab officijs diuinis.
Ccclxxvj.pnia nõ recitantiũ.
Ccclxxvij. penitentia eorum q̄ ad grauationeꝫ ceſſationis imagines in terrã ꝓſternũt.
Ccclxxviij. penitentia eorum que ꝓpter culpam ſuã ſunt priuati bonis qui tenent ab eccleſia.
Ccclxxix. penitentia iudicum corruptorum.
Ccclxxx.penitentia beneficiatorum qui percipiunt diſtributiones et non interſunt diuinis officijs.
Ccclxxxj. penitentia clericorũ et religioſorum qui inducũt alios ad eligendum ſepulturas in eorum eccleſijs.
Ccclxxxij. penitentia iurantis religioneꝫ laxiorem cũ priꝰ ſtrictiorem vouerat.
Ccclxxxiij.penitentia trãſgredientis votum ordinis vel religionis.
Ccclxxxiiij. penitentia fratruꝫ retrahentium alios ſuis propoſitionibus a ſolutione decimarum.
Ccclxxxv. peni. monialiuꝫ nõ exiſtẽtium in clauſtro et eorum qui ad eas igrediunt.
Ccclxxxvj.peni. viſitatoꝝ recipientium munera.
Ccclxxxvij.peni. exigentiũ pedagia ⁊ tributa ab eccleſijs et clericis.
Ccclxxxviij.peni.impedientis iuriſdictionem eccleſiaſticã.
Ccclxxxix.penitentia turbantiũ eccleſias ⁊ officia diuina.
Cccxc.peni.dominorũ tẽporaliũ grauantiũ clericos.
Cccxcj.penitentia religioſi dimittentis habitum vel euntis ad ſtudium.



(c) 2007 Ministerio de Cultura

Cccxcij. penitētia cōtrahentis ſponſalia primo cū vna ⁊ ſecūdo cum cōſanguinea.

Cccxciij. pe. filiorum contrahētiū cū conſanguineis ſpōſarū cum q̄bus contraxerunt parentes pro filijs.

Cccxciiij. penitētia contrahentis matrimonia cū cognatis ſpiritualibus.

Cccxcv. penitentia ſepelientiū hereticos.

Cccxcvj. penitentia diſputantium de fide catholica.

Cccxcvij. peni. habentiū beneficia ad preces hereticorum.

Cccxcviij. penitentia hereticorum redeuntiū et petentium ſacramenta eccleſie.

Cccxcix. peni. interficiētis chriſtianum per aſſiſſiuos.

Cccc. peniten. vſurarij ⁊ locantis domū vſurario.

Ccccj. penitētia cōcedentiū repreſarios contra clericos.

Ccccij. penitentia p̄ſequētium vel capientium vel occidentium cardinales.

Cccciij. de penitentia eorū qui ꝓpter excōionem in eos ꝓlatam grauāt partes vel iudices proferentes.

Cccciiij. pnia occupantiū frucros ſacreſtatos.

Ccccv. pnia clericorū vel religioſoꝝ vtentium tabardo.

Ccccvj. pnia ſepelientiū excōmunicatos vel vſurarios vl' alios tp̄e interdicti.

Ccccvij. pnia religioſoꝝ auferentium decimas eccleſijs.

Ccccviij. penitentia negligentium gubernare cenodochia vel hoſpitalia.

Ccccix. penitentia religioſorū in multis excedentibus.

Ccccx. de penitentia religioſorum qui in predicationibus alios a ſolutione decimarū retrahunt.

Pria. qō ¶ Prima queſtio eſt: q̄ penitentia eſt imponēda pro oppreſſione filiorū. Et dicendū eſt ꝙ opprimentibꝰ filios debet imponi penitētia ſolēnis: vt in ca. q̄ſitū infra de peni. ⁊ remiſſio. q̄ pnia eſt. ſ. ꝙ veniant ante fores eccl'ie ⁊ ſe preſentent ep̄o ciuitatis ſacco induti: ⁊ nudis pedibꝰ ⁊ vultibus in terrā dimiſſis reos ſe eē habitu ipſo ⁊ vultu ꝓteſtantes: ⁊ ibi adeſſe debent decani. i. archipreſbyteri parrochiatū ⁊ preſbyteri penitentiū qui eoꝝ ꝯuerſationem diligenter inſpicere debēt: ⁊ ſm modū culpe ꝑ p̄fatos gradus penitentiā iniungere: vt habetur late in. c. capite. l. di. et ibi forma reconciliationis: et breuiter etiā imponitur hec penitentia pro omni vulgatiſſimo crimine totam ciuitatem cōmouente vel vrbem. vt in. c. vlti. xxvj. q. vj.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

¶Scda qō eſt: q̄ peni. dʒ imponi tranſeūti p agrū alienū: et dicas ꝙ ſi aliqͥs p agrū alienū tranſit ⁊ trāſitus noxius eſt: niſi in caſu neceſſitatis peccat mortaliter: ⁊ illi tanꝙ̄ peccāti mortalit̄ pnia īponi dʒ: vt in. c. omnes leges: cū glo. i pte fas eſt. j. di. Si aliqͥs mittit falcē in meſſem alienā peccat mortaliter vt ꝓ mortali ſibi penitētia imponi dʒ. vt in. c. vj. q. iiij. c. ſcriptum eſt. **Scda qō**

¶Tertia. q. ē: q̄ pnia dʒ īponi comedēti ſpicas pira vł vuas alterius ⁊ dicēdum eſt ꝙ ſi aliqͥs fame coact⁹ alterius ſpicas comedit vel pira vel vuas vel ſimilia/non peccat: alias ſi ſine neceſſitate accipit peccat ⁊ dānū ſoluere dʒ ⁊ talis pnia ſibi iniungi. dʒ vt de ꝯſe. di. v. c. diſcipulos. a contrario ſenſu. cum glo. **Tertia q.**

¶Quarta qō eſt: de pnia imponenda nō reſtituēti depoſitum vel cōmodatum: ⁊ dicas ꝙ nō reſtituens rem ſibi cōmodatam vel depoſitam peccat mortaliter: et talis penitentia ei imponi debet. vt in. c. ius naturale. ad fi. j. di. **Quarta queſtio.**

¶Quinta queſtio eſt: de penitētia imponenda impedienti legatum principis: ⁊ dicendū eſt ꝙ impediēs legatum principis vel ei iniuriam faciens peccat mortaliter: et talis pnia ei imponi dʒ. vt. j. di. ius gentiū ad fi. **Quīta. q**

¶Sexta qō eſt: de pnia imponenda rapienti aliqͥd in bello iniquo. Et dico ꝙ ſi aliqͥs in bello iuſto de manu principis per iuſtam diuiſionē predā accipit non peccat: alias nō concurrentibus ſupradictis peccat. ⁊ reſtituere tenetur. j. di. ius militare. in fi. a cōtrario ſenſu: et talis pnia ſibi imponi debet. **Sexta q.**

¶Septima qō eſt: de penitentia faciēte aliqͥd contra legem maiorum: ⁊ dicendū eſt ꝙ q̄ contra legem iuſtā factam p maiores natu cum plebibus facit peccat mortaliter et talis penitētia ſibi imponi dʒ. vt. ij. di. c. lex eſt. **Septīa queſtio.**

¶Octaua qō eſt: de pnia imponēda facienti aliqͥd cōtra cōſtitutionem regis vel imperatoris: ⁊ dicas ꝙ q̄ contra cōſtitutionem vel edictū iuſtū regis vel imperatoris facit: peccat mortaliter: et talis pnia ei imponi dʒ. vt in. c. conſtitutio. ij. di. **Octaua queſtio.**

¶Nona qō eſt: de pnia imponenda facienti aliqͥd cōtra legem ſecularem vel eccl'iaſticā. Et dico ꝙ faciens cōtra legē ſecularem vel eccleſiaſticā precipientē fieri qō neceſſariū eſt vel ꝓhibentē ꝙ malū eſt peccat mortaliter: ⁊ talis pnia ſibi imponi debet. iij. di. §. officium. Qui contra legem honeſtam iuſtam poſſibilem et loco et tempore conuenietem et neceſſariā ⁊ vtilem ⁊ claram **Nona q.**



(c) 2007 Ministerio de Cultura

et nullo priuato commodo: ſed pro cõmuni vtilitate conſcriptã facit peccat mortaliter alias non: et talis pnia ſibi imponi debꝫ iiij. di. c. erit autem.

Decia. q. ℭ Decima qõ eſt de pnia imponenda faciẽti cõtra legem ſuperioris: ⁊ dico ꝙ faciẽs ꝯtra legẽ ſuperioris poſtꝙ̃ fuerit recepta et moribus vtentiũ approbata peccat mortaliter: alias nõ: ⁊ taliter ſibi imponi debet pnia. vt. iiij. di. §. leges.

Xj. qſtio. ℭ Undecima qõ eſt: an mulier intrans eccleſiã ſtatim poſt ptũ peccat ⁊ q̃ pnia ei imponi dꝫ. Et dicendum eſt ꝙ ſi mulier hora qua parit intrat eccleſiã ad agendũ gratias deo: nõ peccat: nec propter hoc eſt ſibi penitentia imponẽda. vt cap. cũ enixa. v. di.

Xij. qſtio ℭ Duodecima queſtio eſt: de pnia imponenda cognoſcẽti mulierẽ tẽpore menſtruoꝝ. Et dico ꝙ pro informatiõe pnie imponende viro qui ad cõcubitũ vxoris accedit tpe partus quouſqꝫ tẽpus purgationis tranſeat ⁊ tẽpore menſtruoꝝ. in. c. ad eiꝰ vero: vſqꝫ ad. §. q̃ tñ. v. di. vbi dicit tex. ꝙ licet alique mulieres ex praua conſuetudine adinuenerint. ſ. ſtatim cuꝫ naſcunᵗ filij dare eos ad nutriendum alijs mulieribus: et hoc ſolſum cauſa incontinentie: tamen he non debent ad viros ſuos accedere nec eis commiſceri donec tempus purgationis tranſeat: et etiã niſi prius tempus menſtruorum tranſeat.

Xiij. qõ. ℭ Tredecima qõ eſt de pnia imponẽda polluto nocturna pollutione. Et ꝓ informatione penitentie imponẽde illi q̃ nocturna pollutione polluiᵗ: eſt tex. in. c. teſtamẽto. cũ. c. ſequẽ. vj. di. vbi dicit tex. de illo qui peccat cogitatione vel delectatione vel conſenſu/ et ſi peccat aliqs per cõſenſum in peccato ſi non proceſſit ad actum exteriorem tale peccatum ſola contritione deletur. nota. archidia. in cap̃. j. xxij. q. j. per. c. j. de regu. iuris.

Xiiij. qõ. ℭ Decima quarta qõ eſt: de pnia iponenda heretico ꝓpter bona que poſſidet. Et dicas ꝙ heretici q̃ ab eccl̃ia ſunt diuiſi nõ poſſunt aliqd nomine eccleſie poſſidere: ⁊ ideo illud debent dimittere: ⁊ ita ſibi in pnia in iungi debet. viij. di. c. quo iure.

Xv. qſtio ℭ Decima quinta queſtio eſt: de penitẽtia imponenda obediẽtibus poteſtatibus ſecularibus contra deum. Et dico ꝙ ille qui vt obediat temporalibus poteſtatibus non obedit deo peccat mortaliter: et talis penitentia vt pecanti mortaliter ſibi imponi debet. viij. di. c. que contra mores. in fi.

Xvj. qõ. ℭ Decima ſexta. q. eſt de pnia ſeruantis vel introducentis ma

(c) 2007 Ministerio de Cultura

lam ɔſuetudinem. Et dicas ꝙ q̄ malā conſuetudinē introducit vel ſeruat peccat mortaliter: ⁊ talis pnīa ſibi imponi debꝫ. viij. di. ca. mala conſuetudo. vbi dicit tex. ꝙ talis cōſuetudo tāq̄ ꝑ-niciosa corruptela vitanda eſt ⁊ abijcienda. Nā q̄ rationi ⁊ veritati ꝑponit ɔſuetudinē peccat mortaliter: et talis pnīa ſibi imponi debet. viij. di. cap̄. veritate. cū. v. capitulis ſequētibus. vbi ponuntur plures auctoritates ſanctorū circa hoc.

¶ Decima ſeptima. q. eſt: de pnīa imponēda nō obediētibꝰ legibus imperatoris. Et dico ꝙ pro informatione quādo peccat vel nō: ⁊ per cōſequens quādo debet pniam agere vel non ille qui legibus imperatorꝝ nō obedit. eſt tex. ix. di. c. j. vbi dicit tex. ꝙ quicūqꝫ legibus imperatorū q̄ pro dei veritate feruntur non obtemperauerit meretur maximū ſuppliciū vel grāde: ⁊ q̄cūqꝫ legibus imperatorū q̄ cōtra dei voluntatē ferūtur non vult obtēperare acq̄rit grande premiū: ⁊ tex. i ca. quis aūt leges. x. di. vbi dicit tex. quis audebit leges principum contēnere. xvij. qō.

¶ Decima octaua. q. eſt: de pnīa imponēda nō obediēti doctori eccl'ie. ⁊ dico ꝙ q̄ doctori eccl'ie dicenti ea q̄ per alios auctores vel canonicas vel ꝓbabiles rōnes nō ꝓbanť: nō credit nō peccat/alias ſic ⁊ ſibi pnīa de hoc imponi debet. ix. di. c. ego solꝰ. in fine. ille qui diuino adiutorio vl' ab alijs illuſtratus reꝑhendit vel reprobat ꝙ ab aliquo doctore dicit aliter q̄ȝ veritas ſe hꝫ nō peccat nec de hoc penitere debet. ix. di. c. nec quorūlibet. xviij. qō.

¶ Decima nona q̄ſtio eſt: de pnīa imponenda facienti contra euangeliū vel cōtra regulas apoſtolicas. Et dico ꝙ imperator et quicūqꝫ faciens contra diuina mādata vel ɔtra euangelium vel contra ꝓphetas vel cōtra regulas apoſtolicas peccat mortaliter ⁊ talis pnīa ei imponi debet. x. di. c. non licet. xix. q̄ſtio

¶ Uiceſima queſtio eſt: de penitētia imponenda ſeruāti legem imperatoris cōtra legē diuinam. Et dicas ꝙ q̄ ſeruat leges imperatoris contra leges eccleſiaſticas et diuinas peccat mortaliter: et talis penitentia ei imponi debet. x. di. cap̄. certum cum tribus capitulis ſequentibus. xx. q̄ſtio

¶ Uiceſima ꝓma. q. eſt: de pnīa imponenda nō ſeruāti conſuetudines eccleſiaſticas. ⁊ dico ꝙ q̄ eccl'iaſticas cōſuetudines per totū orbē ſeruatis nō credit eſſe autēticas ⁊ eas non ſeruat peccat mortaliter/ ⁊ ſibi pnīa imponi dꝫ. xj. di. c. eccl'iaſticaꝝ. cū ſex caplis ſequētibus. trāſgreſſores cōſuetudinū eccl'iaſticarū peni xxj. qō.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

tere debent: ſicut preuaricatores legū diuinarū.xj.di.c.in his.

xxij.qō. ¶ Uiceſima ſcḋa qō eſt: de pnia imponenda nō obedienti preceptis apoſtolicis: & dico ꝙ qui preceptis apoſtolicis non obedit: ſed ſuperbe reſiſtit peccat mortaliter: et talis pnia ei imponi debet.xij.di.c.preceptis.& qui cōſuetudines eccl'iaſticas q̄ fidei non contrariant non obſeruat vt peccans mortaliter penitere debet.xij.di.c.ſcit ſancta.cum tribus capitulis ſequentib⁹.

xxiij.qō. ¶ Uiceſima tertia queſtio eſt: de penitentia imponenda nō ſeruanti ieiunia ſm conſuetudinem eccleſie: et dico ꝙ in ieiunijs diei ſabbati et aliorum dierum cōſuetudo cuiuſlibet eccleſie ſeruanda eſt: et faciens ſm conſuetudinem non peccat: alias faciens contra conſuetudinem peccat/ & ſibi penitētia imponi debet.xij.di.cap.illa in fine a contrario ſenſu.

xxiiij.qō ¶ xxiiij.qō eſt: de pnia imponenda deuiāti a conſuetudine eccleſie metropolitane in diuinis officijs: et dicas ꝙ deuiās ex cōtēptu in dicendis diuinis officijs a conſuetudine eccl'ie metropolitane: dz priuari a cōione p ſex mēſes et ſub pnie cenſura corrigi.xij.di.c.de his: & eſt iſte canon.xxix.ſm Hoſtien.

xxv.qō. ¶ Uiceſima quinta queſtio eſt: de pnia non eligētis de duob⁹ malis minus malum. Et dico ꝙ qui de duob⁹ malis inter que perplexus eſt non eligit minus malum: peccat & ſibi pnia imponi dz.xiij.di.c.duo mala.&.c.verum.

xxvj.qō ¶ Uiceſima ſexta queſtio eſt: de penitētia peccātis vt alter euitet maius peccatū peccat & ſibi de hoc penitentia imponi debz.xiij.di.cap.qd ait.qui quattuor concilia.ſ.nicenū conſtantinopolitanū: epheſinū: calcidoneū.non obſeruat peccat: & ſic penitentia debet imponi.xv.di.ſicut ſancti.

xxvij.q. ¶ Uiceſima ſeptima.q.eſt: de pnia approbātis vel reprobātis libros p eccl'iam approbatos vel reprobatos. Et dico ꝙ ille q̄ libros approbatos ab eccl'ia & canones q̄ dicūt aplo͛rū reprobat peccat: & ei pnia imponi dz.xv.di.c.ſctā romana.&.xvj.di.ca.canones.& q̄ ſctā octo cōcilia nō ſeruat.d̄ qb⁹ in.c.ſctā octo ꝯcilia.xvj.di.peccat & ei pnia īponi dz.vt ibi. & q̄ ſardicēſe ꝯciliū &.decreta ſctōꝝ patrū nō recipit peccat & penitere dz.ea.di.c.ꝙ dicit.

xxix.qō. ¶ Uiceſima octaua.q.eſt: de pnia vſurpātis cōceſſa romane eccleſie. Et dico ꝙ ille q̄ ea que ſunt conceſſa romane eccleſie vſurpat: vt indignus honore eccleſiaſtico & vt contēptor puniēdus eſt.xvij.di.ca.huic ſedi. Et qui abſq; auctoritate ſedis aplice cō

(c) 2007 Ministerio de Cultura

gregat conciliũ generale peccat grauiter ⁊ ſibi pñiam poni dʒ. xviij.di.c.nec licuit cũ duobus capitulis ſequentibus.

